FRANCUS

DE VERONICA

OBS: MEDICÆ.

1688 - 90

P P
XI

11

MEDICAL SOCIETY
OF LONDON

WELLCOME HISTORICAL MEDICAL LIBRARY

ACCESSION NUMBER

PRESS MARK

FRANCKE, J.

653357A

XI,

POLYCRESTA HERBA

VERONICA

AD

BOTANICES, PHI-LOSOPHICÆ JUXTA ET MEDICÆ CYNOSURAM ELABORATA,

Plurimis alibi non obviis
obſervationibus, propriis caſibus,
ſecretisq; remediis veronicam con-
cernentibus locupletata,

à

JOANNE FRANCO

J. C. Dieterich. Jatr. Hipp. p. 27.

Mihi maxime placent omnes illi, qui veterum inventa magni æſtimant, obſcura dilucidant, intricata enodant, & bonitatem ingenii ſui oſtendunt non in reprehendendis veteribus, ſed enodandis.

ULMÆ
Sumtibus & typis Gaſſenmayerianis,
1690.

Lectori candido amorem veritatis & veritatem amoris.

TIbi *Veronicam* meam, ſecundum facultatem quam ποικιλόδωρον πνεῦμα κατὰ διαιρέσεις χαρισμάτων αὐτοῦ mihi indulſit, elaboratam exhibeo, ut habeas contra deleteriam toxicorum virulentiam bezahardicum vegetabile, adulterino illo ac fucato orientali lapide bezahar longe præſtantius; habeas in pulmonum languoribus balſamum, opobalſamo Myropolarum longe nobilius; habeas contra duelech remedium laudatiſſimum, lithontripticorum famoſiſſimorum longe ſecurius; habeas deniq;, quod ob virtutes ſibi implantatas vere mirabiles

obliteret & proſternat cauſſas infirmitatum noſtrarum efficientes fere omnes, quæ archæum provocant: Sed fortean objicies I. Librum eſſe brevem, verum ſcias, nec tempus fuiſſe mihi, nec animum tricubitale quoddam ſcribere volumen de unica herbula, cujus admirandam conſiderare naturam occaſionem dedit *Veronica* mea Uxor conjunctiſſima, prudens ac ſimplex, parta fideliter ſervans, paranda alacriter urgens, mollis cervicis, arte tacendi inſtructa, mariti ſolatium, liberorum præſidium & ad quæcunq; domeſtica officia promta atq; ſedula. II. Me eſſe audacem, minantes ob diffamatores, pereat omnis timiditas, quid faciet caro mihi, magni enim pectoris argumentum eſſe arbitror, Momo etiam ringente, à virtutis tramite, quem ſemel cœpimus ne latum unguem

unguem deflectere. III. Iliada poſt Homerum. Fateor hunc ſcrupulum injectum me diu torſiſſe, cum tamen Dioſcorides & coævi noſtram cum aliis negligerent, poſteri priorum ſcriptis botanicis nil adderent, teſte *Helmontio* vett. errorum vendemiatore acutiſſimo, majorum ſcripta noſtrorum vel nondum luci publicæ expoſita omnium manibus non obverſarentur, vel tam diffuſa ut commentariis ſecum Lector non par ſit portandis, vel tam cara v. g. Recentiorum, ut nec ipſi diviti ſuppetat Lectori, conatus ſum, ne à Deo vel Diabolo ocioſus reperiar, quantum animi vires conceſſerunt nova methodo elaborationem breviter inſtituere, *veronicam* ex eorum manuductione progerminatam publico ſiſtere ſpectaculo, utiliſſimis Medicorum variorum Manuſcriptis authenticis auctam.

IV. Stilo barbaro & verbis ridiculis, quid ſi nulla verborum elegantia inibi eſſet, num ingruentes morbi lenoniis & meretriciis verbis, queis minori hactenus ſtudio ſectatus ſum, curantur? hæc, quibus heic utimur, ideam rei & proprietatem multo felicius exprimunt, quam obſervata vocum puritate à Grammaticis potius petenda, hinc oculatioribus philoſophis ea ſtomachum haut moturum confido, quemadmodum & in communibus opificiis quædam technica, inſciis licet ignota verba non ægre accipiuntur.

V. Nihil proprii, ſed alienis exornatum plumis. Si quis me inde criminari vellet, is cogitet eodem jure doctiſſimos quosq;, ipſūmq; *Hippocratem* repetundarum poſtulari poſſe, quod aliena uſurpaverint; collectanea ſunt ingenue fateor, non ci-

tra tamen judicium logico-medicum collecta, ſed in ordinem thematicum redacta & propriæ epicriſeωs & praxeωs lumine colluſtrata. Non piguit etiam aliorum non alibi obviorum Aa. exempla & fragrantiſſimos floſculos in noſtrum transferre ſolum & ſub unum oculorum obtutum, quo vires *veronicæ* tot Doctorum teſtimoniis ſtipatæ in conſpectum prodeant, quæ alias multorum voluminum ſe ſparſerant toto paſſim campo, umbroſisq; ſilvis.

VI. Nihil novi, Quid quæſo novi ſub Sole? Eccl. 1, 9. qui vult eſſe novator, ſit novator, mihi vero volupe eſt cum Illuſtribus Helmontio, Tachenio Thomſonio, Wedelio, Franco, Ettmillerô &c. abdita luſtrare Hippocratea, quorum Doctorum quosdam in Methodo etiam κατὰ

 πόδας

πόδας ſum ſecutus, ita tamen, ut, ſicut illis judicandi libertatem ſartam tectam reliqui, ita & mei judicii libertatem ubiq; mihi reſervavi.

VII. Sine exiſtimatione, Me humilem ac in nullo numero eſſe nihil æſtimo, quin amo contemni; ratione vero materiæ lubenter fateor, vilem herbulam ex infimo genere & fortunæ gradu eſſe, aſt ſub viliori habitu ac palliolo etiam interdum latere, ceu ſapientiam, ita virtutem, clara res eſt, Hirſuta & aſpera *veronica* eſt, non ab oriente aut ultimis occidentalis Indiæ plagis magnis ſumtibus advecta, verum credito, hanc eſſe à natura tali charactere ſigillatam, ut efficaciter abigat morborum hydras & Minotauros, In patria tantum naſcitur tellure, & quamvis quandoq; Principum viridaria exornet, ruſticos tamen non deſpi-

deſpicit hortulos, quin & ut omnibus inſervire poſſit; ſilvas & montes lubentiſſime amat. Sola admirari peregrina contemtis domeſticis ingrati eſt viri in patriam, inq; ipſum Deum. Naturæ miracula etiam in rebus minimis & quæ primo intuitu viliſſimæ habentur, maximæ & per eminentiam deprehenduntur, hæc certa ſunt & Medico non imponent, illa magna ex parte adulterata & temporis diuturnitate & tempeſtatis injuria corrupta, queis conſcientioſus Medicus nullo modo fidere poteſt. Quot ſimplicium ſunt, quæ, quid & an juſta ſint, non ſcire poſſumus, peregrinetur quis ſuis oculis officinarum catalogum & multa inveniet, quæ relationibus auritis credere cogimur. Etiam ἀυτοψίᾳ muniti im̃ediata quandoq; non concordant, quis quæſo horum opiniones

conciliabit? Quid hermodactili, quid ſemen ſantonicum, quid amomum revera ſint, non tantum à rerum naturalium ſtrenuo memoratore P. Ammanno dubiæ proferuntur opiniones, ſed etiam laudatiſſimæ Academiæ naturæ curioſi Dn. Adjuncti Eruditos quoscunq; in epiſtola quadam peculiari de iisdem conſcribendis, ſi quid certi & explorati habeant, invitarunt. Succinum an ſit lapis vel gummi vel reſina, ignoro. Quid de herba Theé dicam, cum viridem nunquam viderim, me neſcire libere (ut & meum patrio idiomate agnomen ſonat) fateor, interim unicuiq; verba de illa per orbem terrarum Celebratiſſimi *Georgii Franci* jam Medici aulici Elector. Sax. diſſert. de dyſur. §. 10 perpendenda relinquo. Hinc mihi chara ſunt, quæ non cara & rara

& con-

& contentus paucis apud nos naſcentibus vivo.

Igitur L. B. adſpice hanc herbam præterito vere collectam, minus tamen ab adhærenti terra repurgatam, lege quæſo has paginas, perpende laborem, fuge obtrectationem! laudes non cupio, ſatis bene mecum agetur, ſi lectorem hac opella uſurum, non oſorem, nanciſcar. Bonus qui erit & cujus judicium non adulteratum multa heic deſiderabit, multa obeliſco digna reprehendet, cujus judicium non defugio, qui meliora dare poteſt, ſubſtituat, per me licebit, modo kalumniæ ſuſpendantur.

Si vero cuidam volupe erit, humanam rodere famam, hasq; innocentes ſarcaſticè & mimoſè traducere, lucubrationes, pergat in

reprobo ſenſu & ſciat, fore, ut Deus juſtiſſimus Judex eum ob id adducat in judicium Eccl. 12, 1. ſatis jam dixi æquis, nunquam ſatis iniquis. VaLe VIVeqVe DIV faVente & æqVo anIMo Cape tIbI.

Invidus canina Momus
 Verba latrat ſæpius,
Aſt acerbè criminari
 Neſcit inſontes probus.



JESU FAVE

SECTIO I.

Quæ Phyſiologica

CAPUT I.

De nomine Veronicæ.

DE herba omni plagæ frequentatiſſima; hodie celebratiſſima, omniq; ætati accommodatiſſima dicturi à nominis ſignificatione more veterum auſpiciemur.

Cum verò nos monentibus acutiſſimo præſenti temporis Philoſopho *Renat des cartes*, Princip p. 1. §. 74. magis circa rem, quam verba verſari, ſcientiæq; quondam aligero Scaligero non conſeneſcere in verbis debeamus, vox etiam *Veronica* à Theologis tam, quam Philologis hactenus ſufficienter enucleata fuerit, majori fortean ap-

 plauſu,

plauſu, incertis iſtiusmodi tricis ad verboſa Criticorum volumina ablegatis ad ipſiſſima rei penetralia recto convertimus tramite.

Nondum inter Eruditos lis iſta deciſa, an noſtra Veteribus fuerit cognita, quis primum ejus mentionem fecerit, & quo temporis articulo Europæi ad varia ea mala curanda adhibere cœperint.

Quod prius attinet membrum Vett. incognitam eſſe videtur, cum apud Græcos ac Latinos tam altum reperiatur ſilentium, ut hinc non abſurdum eſſet, recentiorum ſagacitate primo ejus cognitionem & uſum fuiſſe inventum, ſtatuere; niſi quis probet *Fabii Columnæ*, qui eam ad ἄλυσον *Dioſcoridis* lib. 3. c. 105. vel *Cæſalpini* opinionem, ad μυὸς ὠτίδα ejusdem l. 2. c. 214. Edit. Pariſ. referendam putabant, cum tamen priorem ob diverſitatem ad huc litigantium botanicorum nemo exactè noverit, poſterior noſtræ in præcipuis non conveniat, *Dioſcorides* verò de multis herbis negligentius, nec ſemper oculata fide ſcripſerit, quod inter alios probe advertit elegantiſſimus aſt rariſſimus Scriptor *Bartolemaus Maranta*

Venu-

Venuſinus Medicus in Novo Herbario, p. m. 4, 77. 80. ſeqq.

Ponam igitur noſtræ cognitionem recentiori, nominatim, decimo quinto debere ſeculo, non tamen æque patet, quis ejus primum meminerit, vel quodnam vocabulum antiquius ſit, an à Muliere hujus nominis, quemadmodum artemiſia, catharinacea, helenium, circæa & aliæ multæ, nomen traxerit, quo de nemo indubie inſtruet.

Hiſtoriolæ, quam D. *Melderus* ex antiquo msto recenſet, de ægra quadam moniali *Veronica* dicta, ipſo die Aſcenſionis B. *Mariæ* templum intrante, & ab hac ibi inventa herba convaleſcente vix meminiſſe placet, verum; quemadmodum rem huc minime quadrantem aliis relinqo.

Vernaculo idiomate jam communiter ſalutatur Ehren-preiß/ quaſi cui debeatur præ aliis ſimplicibus, honos & gloria, an nobilius mereri queat nomen dubitat τῆς ἀῤῥήτȣ σοφίας μύϛης *Jo. Chriſt. Fromann, Fautor & Patronus deſideratiſſimus*, Ephem. Germ. Ann. 13. obſ. 166. & cum ipſo ego.

Ceterum ſi ulterius pedem proferamus, etiam

etiam dicitur Vieh-kraut / cum ovibus & vaccis tuſſientibus medeatur, item Schlangen-Wund-kraut / cum morſibus animalium venenatorum adverſetur, Kolerkraut / cum carbonariis vulneratis in uſu, hail allen Schaden / Grund hail / mirificam ob virtutem vulnerum & ulcerum ſanationis, quæ vocabula ſuperioribus vetuſtiora eſſe videntur, hinc ſtatuo, ſalvo tamen aliorum verius ſentientium judicio, antequam hæc herba à *Medicis* in uſum vocata & nominata fuerit, dudum ejus vires paſtoribus, carbonariis & mulieribus empeiricis herbariam exercentibus medicinam notas fuiſſe.

Cum vero Medici à vulgo probatam hanc herbam accepiſſent, tunc eam ob elegantes magnasq;, queis gaudet, vires, Ehren-werth & Ehren-preiß / ob ſimilitudinem verò, prout ſe adſpicienti obtulit, jam *teucrium* jam *triſſaginem*, jam *chamædryn* & tandem magnifico, in latio quaſi civitate donato nomine, *veronicam*, cum verè *vincã* & triumphet inter plantas ſilveſtres, olim *Abrotono* impoſito, nominarunt. Poſterius verò membrum quod attinet, quantum reperire poſſumus fere inter primos hac utentes

More-

Moreſcotus, Regis Luſitaniæ Ferdinandi primi Archiater, *Georgius Strölinus Patricius & Phyſicus Ulmenſis perantiquus* & ipſe Arcanorum Monarcha *Paracelſus*, qui circa annum Chriſti 1480. & 1520. tempore ſcilicet reſplendeſcentis Lucis Evangelicæ & bonarum artium claruêre, numerandi.

Hos deinde in ſuperiori ſeculo plures ſecuti & tempore *Bartolemæi Wolffhardti* circa annum 1560. à noſtris Medicis confertim uſurpata fuit.

CAPUT II.

Species & veræ deſcriptio Veronicæ.

AFfinitas partim externæ partim internæ formæ eo Auctores induxit diverſos, ut vegetabilia non pauca *veronicæ* titulo inſigniverint, quarum, quantum hactenus nobis perquirere licuit, deſcriptione in præſentia compendiosè more noſtro perſtringemus.

I. Voca-

I. Vocatur *Veronica* major, quæ prædita eſt caule cubitali, interdum etiam ampliori, foliis latis, ſplendentibus contrariis inter ſe petiolis ad ſingulos nodos naſcentibus, craſſis, ex atro viridibus, vix conſpicuis crenis ſerratis.

Ab infima parte flores jucundiſſimi cœrulei ſpicarum more explicare ſe incipiunt, quos ſemen in planis vaſculis, exile & fuſcum inſequitur, radix ſingulis annis novos ex lateribus caules producit.

Datur etiam alia ſpecies huic ſimilis, itidem foliis craſſis non ſplendentibus, in faſtigio multos ramulos habens. Iterum invenitur alia *veronica* notabilioribus crenis prædita.

II. Eſt *veronica* erecta *incomparabili Ammanno* Lyſimachia cœrulea ſpicata dicta, ad nodos obtinet folia terna vel plura ex certis intervallis, ptarmicæ ſimilia, cœruleis denſè congeſtis floſculis inſignis, quibus defluxis longa ſtamina remanent.

III. *Veronica* erecta ſpicata major & minor caulem rectum tollens ad cujus nodos folia naſcuntur anguſtiora, leviter crenata, hirſuta, caulis in ſpicam deſinit longam, floribus

floribus vulgatæ *veronicæ*, & quamvis *Cluſius* & *Lobelius veronicam* majorem à minori differre dicant, tamen *Jo. Bauhinus* non probat, cui adſtipulatur *Vir, qui ſui nominis gloriam immortalem non ſeris ſaltim poſteris reliquit, ſed eandem quoq; per totum fere orbem diſſeminavit, Joannes Rajus, ego; inquit, & quidem non libenter multiplico ſpecies præter neceſſitatem, ideoq; cum Bauhino ſentio, has duas non diſtinguere ſpecie.*

IV. *Veronica* parva ſaxatilis cauliculis, nudís eodem modo per terram ſeſe expandens in varios diviſa cæſpites è foliorum medio exilit cauliculus duarum triumve unciarum gracilis admodum, foliis nudis, flores in ſummo faſtigio plures coloris cœrulei geſtans, loculo compreſſi in quo ſemen continetur, bifidi ſunt.

V. *Cluſius* depingit chamædryn alpinam ſaxatilem ſub nomine *Teucrii* ſexti. Plantula hæc eſt admodum pumila ſemipalmaribus virgulis lanugine pubeſcentibus, quas bina ſemper inter ſe oppoſita veſtiunt folia, minoris chamædryos foliis & magnitudine fere & figura reſpondentia, radix huic eſt tenuis per ſumma ſerpens.

VI. Cha-

VI. *Chamædrys ſpuria minor anguſtifolia* flores habet copioſos in ſpica oblonga diſpoſitos modo pallide cœruleos, modo carneos ſtaminulis & ſtilo donatos, quibus ut ſilveſtri ſemen minutum ſuccedit in parvis thecis, folia ad radicem ſunt oblonga nonnunquam minime crenatis, reliquis verò ad cauliculos brevibus anguſtis crenatis & in apicem deſinentibus.

VII. *Teucrium* pratenſe foliis hederacei Jungermanni, nulla tamen deſcription addita.

VIII. *Veronica minima* bellidis folio in primis ad radicem eorum ſunt plura ſubrotunda, hirſuta, craſſa, & atro virentia in cauliculo pauca, in cujus ſummitate floſculi apparent aliquot cœrulei, quaſi in umbella ex parvis hirſutis caliculis prodeuntes.

IX. *Veronica* folio polygoni, flore albo Moriſ. palmaris eſt, cauliculis rectis foliolis ad ſingulos nodos oblongis anguſtisq polygoni æmulis è quorum ſinubus ſingulis ſinguli exeunt floſculi albi tetrapetali quos ſequuntur capſulæ cordiformes in quibus continetur diſtinctim ſemen ruffum

X. *Alſin*

X. *Alſine veronicæ folio Jonquetti* cau-
s profert jam plures jam unicum palma-
m, ima parte ramoſum rubentem hirſu-
ım foliis veſtitum infra flores conjugatim
inis, triangularibus minimi digiti ungue
inoribus, hirſutis, circa margines ſerra-
s pediculis brevibus aut nullis donatis,
olia ſunt longiuſcula non crenata, thymi-
milia, flores exigui monopetali quadri-
artiti cœrulei,

XI. *Alſine chamædryoides triſſaginis fo-*
is, caules habet non nihil hirſutos articu-
ıtos; ad quorum ſingula genicula oriun-
ır folia parva bina, ſemper adverſa, nervis
ıbentibus interſecta, longiora quam la-
ora ſerrata, ut chamædryos vulgaris bre-
ſſimis pediculis appenſa,

XII. *Alſine folio hederæ* ex radice parva
broſa ramulos per terram ſpargit dotran-
les & longiores, foliis hirſutis prima ger-
inatione rotundis, mox in hederacei folii
odum angulatis. Floſculum gerit pallide
œruleum quaterna diviſura inſectum, in-
rnè continuum, ſtriatum; ſtaminulis bi-
s tantillum cœruleis donatum qui facil-
me excidit adeoq; tetrapetaloides eſt, vi-

deatur

deatur Excell. D. D. Rud. Jacobus Camerarius, Celeberrimo Patri & eruditione & honore ſimilis Filius in curioſis theſibus de plantis vernis T. V. p. 10.

XIII. *Alſine triphyllos, ſive Dactylobotanum Ammanni*, foliis in aliquot profundas lacinias cæſis, flores habet purpureos, radix parva, fibroſa.

XIV. *Veronica ſerpilli folio* pratenſis minor ad ſingulos articulos folia bina appoſita ſerpilli oblonga ſubrotunda nonnihil, intercrenata. Floſculi ex foliorum ſupremorum aliis tenui & brevi pediculo ſingulatim exeunt, hoc eſt, ex ſingulis alis ſinguli pulchelli inodori quatuor foliolis ad ungues junctis conſtantes, quorum tria cœrulea aut albicantia ſtriata, quartum reliquis minus albidum, nullis ſtriis pictum.

XV. *Veronica marina*, caulibus multis fruticoſa cubitalibus, foliis quercus multum crenatis ſemper geminis caulem quadratum chamædryos inſtar amplexantibus ſurculis multis ex alarum ſinubus provenientibus minime folioſis. Floribus conſtat minoribus *veronicæ* more tetrapedalis puniceis denſe & quaſi ſpicatim in ſumis caulium digeſtis.

XVI. *Ve-*

XVI. *Veronica ſaxatilis* omnium minima, fert folia ſerpilli modo, ſed aliquando longiora, in nigro colore virentia, obiter ſubinde crenata, ſummos caules ornant, flores majuſculi tetrapetali cœrulei chamædryos ſpuriæ vulgaris floribus ſimiles.

XVII. *Chamædrys ſpuria* profundis ſegmentis laciniata, auſtriaca, lanugine obſitos caules pedales habet.

XVIII. *Chamædrys hiſpanica* foliis brevioribus tenuiſſime diviſis.

XIX. *Veronica ſupina teucrii facie*, virgulas per terram diffuſas hirſutas profert, in quibus bina per intervalla folia apponuntur oblonga, in ambitu ſerrata, virgulæ in ramos aliquot circa extremum diviſæ flores ſuſtinent in ſpicam digeſtos non ſimul ſe expandentes, ſed inferiores primum cœruleos.

XX. *Teucrium majus* pannonicum chamædrys falſa maxima, ſpuria major altera ſive fruteſcens, folia longa acuminata ſerrata per hirſutos caules, bina, rami ibidem ex adverſo poſiti, longam ſuſtinent florum ſpicam chamædryos vulgatæ ſimilem.

XXI. *Chamædrys ſilveſtris ſpuria* reptando propa-

propagatur, folia habet rotunda hirſuta, ſerrata ſaturè viridia, rugoſa, ex alis foliorum exeunt flores in thyrſum digeſti.

XXII. *Alyſſon Dioſcoridis* exigua planta eſt, uni caulis, tenuis, ſubaſpera, foliis veſtita per intervalla binis oppoſitis circinnatis. Flores in thyrſos digeſti ex alis foliorum ſimiliter exeunt, fructu duplicium ſcutorum effigie in qua ſemen eſt quadantenus latum,

XXIII. *Teucrium pannonicum*, guſtu linguam exiccante deinde amariuſculo, floſculos in ſpicæ formam naſcentes geſtant, quatuor foliolis conſtantes, radix valde fibroſa eſt & vivax,

XXIV. *Veronica tetragona* montana recta minima, chamædrys ſpuria minima pratenſi teucrio *veronicæ* facie dicto admodum ſimilis eſt, at minor omnibus ſuis partibus præter flores, qui in hac plantula majores omnibus congeneribus ſunt, colore cœruleo ſaturatiore brevibus inſidentes petiolis, folia hirſuta & oblonga ſunt.

XXV. *Veronica mas* vulgatiſſimæ ſimilis præterquam quod caules erectiores & aſſurgentiores reperiantur.

XXVI. *Ve-*

XXVI. *Veronica aquatica* minor folio ſubrotundo flore cœruleo, beccabunga. Caules rubentes rotundi fungoſi in terram reclinati, quam ubi attigerint, fibris enatis radicantur denuo, folia pinguiuſcula atro virentia ſubrotunda crenata è quorum ſinu ramulus prodiens flores ſuſtinet, ſpicatos cœruleos.

XXVII. *Veronica aquatica* folio rotundiore majori priori omnino ſimilis, niſi quod caulibus foliis & floribus major eſt ac latius diffuſa.

XXVIII. *Veronica aquatica* major, folio oblongo flore cœruleo, folio crenato, flores habet ſpicatos.

XXIX. *Veronica aquatica* minor, folio crenato oblongo flore purpuraſcente.

XXX. *Veronica aquatica* anguſtifolia, ſcutellata radicibus pluribus fibroſis terram apprehendit, folia ad ſingula genicula ex adverſo bina oblonga anguſta acuminata ad margines interdum denticulis quibusdam vix conſpicuis inciſa.

XXXI. *Veronica aquatica* pulegio ſimilis, caulibus quadratis, foliis pulegii ſerpillive

pillive floſculis cœruleis radicibus albis reptatricibus.

Verum his ſpeciebus omnibus ſepoſitis vulgatiſſimam veram & majorem, jam recenſitas, qua vires, multis ſuperantem paraſangis, in ſcenam noſtram producemus *Veronicam*, quæ

XXXII. Non alta, viticulis tenuibus longis hirſutis & ſupinis è geniculis radices agentibus in terræ ſuperficie reptans; cauliculo quatuor circiter digitorum lanugine veſtito in parte ſuperiore rubeſcente, foliis binis adverſis ad ſingulos articulos enatis, oblongis, in ambitu ſerratis, pruni foliis ſimilibus ſapore acri & amaro.

Floribus ex alis foliorum ſpicatim ortis, parvis chamædryos adulterinæ more è quatuor foliolis ex diluta purpura cœruleis, ſtriatim compoſitis; ſtaminibus concoloribus medium occupantibus.

Semine nigro in vaſculis burſæ paſtoriæ ſpeciem habentibus, incluſo.

Radice tenui ex albo rubeſcente plurimis filamentis, ad uſum & commodum generis humani à Summo Creatore creata.

CAPUT

CAPUT III.

Conſideratio veronicæ *per Microſcopium.*

HÆc herbula quamvis immotis adſpiciatur oculis & diligentiſſime qua externam plantæ figuram conſideretur, plurima tamen curioſa inprimis interiorem partium organicarum ſtructuram ſpectantia prætereunt, quæ deinde microſcopio adplicato in conſpectum ſe ſpeciosè dant, hinc notatu digniora conſueto more in verba conferam, quoad ejus fieri poſſit, pauciſſima,

Tota itaq; herba pilis diaphanis & poroſis veſtita in quorum ſingulo apice globulus non quidem lævatus, ſed hinc illinc particulis acuminatis, tanquam foliolis conſertus, vario colore conſpiciebatur.

Spica ejus ex cineritio viridis apparebat diſſecta in partes oblongas, ex quibus in conſpectum veniebant filamenta quaſi guttulis roris ornata infra craſſa, pellucida & geniculata pedum aranearum inſtar.

Cum caulem cryſtallino hoc oculo intuerer, animadvertebam eum quaſi capil

lari cinctum muſco, ſplendenti, modo inſtar perlarum, modo filorum argenteorum punctulis pictorum, wie miniatur/ in hac ſilvula, quod mirum, ſe obtulit animalculum vivum formæ non tam deſcribendæ, quam depingendæ, undiquaq; coloris ex cineritio viridis, punctulis albis interſtinctum micantibus, corpore rotundo vennlis prædito ſplendentibus, pedibus ſex nigricantibus, antennis capitis in parte ſuperiore obtuſis, de quo verò cum longior ſim futurus in peculiari, quod de Regno animali in vegetabili meditor, ſcripto.

Alabaſtrini floris dehiſcentes per ambitum lanuginoſi.

Floſculus expanſus nihil aliud erat quam multitudo particularum ſplendentium lactearum radiis cœruleis quinq; diſtincta, in quibus punctuli pauci admodum purpurei conſpiciebantur. Umbilicus niger ſatis delectabilis apparebat varias repræſentans figuras. Stamina tria ex albo purpurea ex umbilico prognata, quorum apices aurei pennarum inſtar ſubtiliſſimarum ornati.

Calyculus quinq; partes habens non niſi ſemine perfectionem & maturitatem nacto decidit. Se-

Sectione vero vel transverſa vel obliqua inſtituta, *proh Deum*! quanta videntur mirabilia, præſertim acutioris uſu oculi.

Obſervabam perreptantes carnem foliorum fibrillas ſemper patulas, quæ aëri inſervire & officio trachearum fungi videntur.

Deprehendebam tubulos *lectas* per totam herbam circulantes ad conſervationem totius; quin & porulos ſuperfluitatem excludentes.

Diſſecto perpendiculariter caule, nervuli ſeſe offerunt humorem amarum vel potius acidum continentes, qui vires toti diſtribuunt, ut hinc non adeo abſurdum, quod *Plato* plantas eſſe homines inverſos dixerit, neq; hæc Anglorum Philoſophorum ita pridem promulgata inventio eſt, cum jam olim Clazomenius ille *Anaxagoras* ſit profeſſus, ſuosq; docuerit, plantas animalium more ſpirare.

Semen quantillum quæſo eſt corpuſculum, ſi cum herba ex eodem ſuccreſcente conferatur? intuere quæſo id ſat exile, etiam cum exterioribus conſideratum involucris.

Totum corpuſculum læve compreſſum colore nigro loculi inſtar duplicati vulgo ſemen dicitur, cum tamen propriè ſeminis nomen gemmula in ſummitate corpuſculi vix partem capſulæ ipſius 2800, adæquans, contenta, mereatur.

Hac etiam quocunq; modo læſa, totum corpuſculum ſterileſcit & ad germinationem nullo modo deduci poteſt.

Capſula hæc extima, inprimis arida facta, vix à toto diſtinguibilis, plantarum uterum conſtituit, cui ſubjacet altera coloris albicantis pellicula, ſecundinam notans, quam in majoribus, v. g. juglandibus adhuc viridibus unusquisq; propriis diſcernere poteſt digitis, hæc dico totius ideam *veronicæ*, radicis puta, caulium, foliorum & florum, mirando naturæ in minimis artificio delineatam includit; hujus conſideratio tantum continet utilitatis, quantum haut ſcio an ulla re præterea; ex ſeminis nempe etiam exteriori forma inviĉtiſſimè tenta Auĉtorum diſſidia componi poſſunt, cum nullum alteri ſimile reperiatur confirmante id oculatiſſimo Naturæ conſulto *Nehem. Grevv in the Anatomy of vegetables.*

Cete-

Ceterum ovulum hoc vitreo adſpectum oculo magnitudinem ovi anſerini ſuperans terræ mandatum ibidem corrumpitur, aſt gemmulæ Præſes Archæus effectu aquearum nitro remixtarum partium ſuos dilatat porulos, vincula ſolvit, ut eo liberius agere poſſit, cujus primus actus eſt ſeminalem materiam in liquorem chyliformem, colliquamentum candidum puta, mutare. Quibus factis Archeus miſcendo, explicando & fermentando materiam ita diſponit, ut rupta ſecundina τὸ ἔμβρυον vegetabile proſiliat, & poſt indies augeatur, usque dum è terræ latebris aſſurgat, tum mutato colore Archæus perficiendo non deſiſtit ad juſtam usq; plantæ perfectionem, artificioſæ inſtar araneæ ex uno centro fila eleganter ſibi correſpondentia ducentis,

Hæc, quod obiter noto, eſt antiqua illius Pythagorici Philoſophi *Empedoclis* doctrina, huc usq; pro cerebri figmento habita, perhibentis, plantas fieri ex ovis ceu aves, cum verò hoc aſſertum *à Neotericis*, inprimis glaciem præ reliquis frangente Conſummatiſſimo *Malpighio*, experientia ubivis ſuffragante reaſſumtum & elabora-

tum fuiſſet, quis quæſo eſt, qui in illorum ſententiam non deſcenderet? Illi vero demonſtrationem hanc non capientes iſtiusmodi oculum ipſi applicent, aut adeant artifices horum vitrorum, quæ Ulmæ ab *Hosoldis* in Mathematicis & Phyſicis Diſciplinis Celeberrimis Viris (*quibus poſt Deum ego omnem meam debeo fortunam*) etiam elaborantur, & mira captumq; ſuperantia videbit. Si vero & his credere non volunt, fruſtra erit, quibus probes id rationibus, neq; operæ pretium eſt, iſtiusmodi hominibus clariorem accendere lucernam.

Verum revertor unde egreſſus, His rite geſtis nunc latera nunc ſurſum verſus tendendo ſucum volatiliſat alibilem, nunc per porulos herbæ, nunc per tubulos terræ obtinentem ad refectionem poſſibilem ſui ipſius.

Præter lapſo autem tempore vegetationis præfixo; Archæus ſemen iterum intrat & convocato colore, ſapore, odore, magnitudine & debita figura, quæ in planta diſperſa erant, omne alimentum plantæ ſubducit, humor in fiſtulis ſtagnans corripitur, fit inopia partium nutritiarum, queis fibra-

fibrarum & trachearum continuitas tollitur, ut neceſſariò marceſcere planta & mori cogatur.

Id quod ſanctus Naturalium Admirator *Pſalm. 104. 29.* ponderoſis pronunciat verbis, abſcondente te faciem, vel, juxta *Chaldæum*, majeſtatem, turbabuntur.

Sed longiorem de hac eleganti materia prohibent limites, ad locum igitur patrium *veronicæ* properandum.

CAPUT IV.

De loco Veronicæ *natali.*

NOn India orientalis ſolum & loca extranea noſtram *veronicam* apportant, ſed jam per Germaniam in ſilvis Sileſiæ, teſte *Schvvenkfeldio*, Thuringiæ & Misniæ, ut notum ex *Ammanno* & *Schenkio*, nunc in meliorem vitam translatis, illa occurrit, Sic Hollandiæ familiariſſimam eam eſſe Auctor eſt *Florentius Schuyl* in catalogo plantarum in Batavis naſcentium; nec Galliam & Angliam ejusdem præſentia carere præter fidem iter illic facientium probat laudatus *Rajus* in hiſtoria plantarum. In

ſilvis Helvetiæ *veronicam* præſto eſſe Helvetia curioſa Curioſiſſimi *Wagneri* ſufficientiſſimè edocebit.

Sic ſpicata latifolia in multis Pannoniæ ſilvoſis montibus & ad radicis Stiriacarum Auſtriacarum Alpium, ſpicata minor *Rajo* obſervata eſt circa Catabrigiam & novum Mercatum, quam *Jo. Bauhinus* Genevæ & in Sabaudia obſervavit.

Parvam Saxatilem in ſummo Sneberg jugo *Cluſius* & *Rajus* in montis Juræ vertice Thuiri invenerunt.

Saxatilem omnium minimam *Pona* in altioribus ſummitatibus orientem verſus invenit.

Circa noſtram Ulmam teſte *Paradyſo Ulmenſi Schöpferi* paſſim *veronica* creſcit inprimis mihi invenire licuit prope *Bephingen* Danubium verſus & circa Urbeculam *Leipheim*, videlicet latifolia & ſaxatilis.

Hic generalis locus fuit, ſpecialis vero erit, quod *veronica* frequentiſſime reperiri ſoleat in ſilvoſis montibus in agris v. g. prope Autencourt ad margines limoſos agrorum & dumeta, item loca ruderata,

ſilvas

ſilvas cæduas & loca ſiticuloſa & aduſta, hinc quibusdam Kolerkraut dicitur.

Invenitur etiam circa quercuum radices quæ ex ſententia Induſtrii *Schröderi* pro optima habetur, quamvis *veronicam* circa montes & colles naſcentem majoris fecerit ſingularis herbarum Indagator *Carrichterus*, *Hippocrate fretus* jam dudum Cratevam docente Sect. 8. p. Editionis Föeſ. 11. l. 12. μάλιϛα (inquit) τὰς ὀρεινὰς ϗ ὑψηλόφους βοτάνας ῥιζοτόμει, ϛερεώτεραι γὰρ τῶν ὑδρηλοτέρων εἰσὶν ϗ δριμύτεραι μᾶλλον, διὰ τὴν τῆς γῆς πυκνότητα ϗ τὴν λεπτότητα τοῦ ἠέρος. Quod etiam rationibus evidentisſimis ex ipſius naturæ matris gremio probari poſſet, hinc non omnis fert omnia tellus, neq; ſolo cœlo ventisq; gaudere noſtra videtur *veronica*, ſed etiam locis peculiaribus quibus *ſapientiſſimus Mundi Artifex* peculiari, valore ſolius verbi *Fiat*, fermenta concredidit in Mundi finem duraturi, & id non indiſcriminatim, verum quod notandum; hominibus & animalibus ibidem natis convenientia, v. g. metallariis & carbo-

nariis in teſquis aridioribus degentibus aſthmati utplurimum obnoxiis, *veronica* ibidem nata, quam maxime confert. Fæniſecis ex improviſo vulneratis vel nimio potu læſis ne deeſſet auxilium momentaneum, *Altiſſimus* replevit prata immediatè ſemine plantaginis & bellide, & ſic deinceps.

In hortis quandoque colitur ad uſum medicum tam, quam ut tyronibus monſtrari poſſit, aſt non ita feliciter naſcitur, ac ſi ſponte proveniret, cum mater liberos à ſe progenatos innatum ob amorem majoris amoris cultu proſequi ſoleat, quam privignos, licet ipſi optime commendentur.

Veronica noſtra eſt colligenda certo quodam tempore, inquit *Paracelſus* Tr. 1. Philoſ. p. m. 309. nimirum quando ex ſeminali proportione ac dotali virtute in balſamum ſuum vergit; hoc balſamicum tempus autem incidit in Maij medium, floſculis vero apparentibus, quod fit in Junio, tunc dicitur plena maturitas, quæ eſt initium declinationis.

Supra nominatus Licentiatus *Salzmannus* ſuo tempore diligens botanicus ſatis

reli-

religioſè illam colligit, dicendo, ſi decerpatur in die corporis Chriſti mane circa horam tertiam verſus meridiem his verbis: herba oro te, per tuum Creatorem & omnes ſanctos, ut colligas vires tuas omnes, quas tibi conceſſit ✠ Deus Pater, ✠ Deus Filius, ✠ Deus Spiritus Sanctus, infallibile eſſe remedium ad calculum frangendum. Quamvis autem hoc ævo in calculo diminuendo ſatis celebris & experientia ſit comprobata, quemadmodum infra audiemus, tamen has circumſtantias in collectione huc nil facientes & ſuperſtitioſas merito rejicimus.

Nonnulli certos aſtrorum poſitus obſervant in collectione, cum vero virtutes plantarum non ex ſola caliditate & frigiditate, ſed ex acido & amaro & auſtero & ſalſo & ſexcentis aliis conſtent, veterum ſuavia imaginationis ſomnia ceu vana ludibria deſerimus & quod bonum eſt retinemus.

CAPUT V.

De viribus Veronicæ in genere.

DE qualitatibus ſic dictis primis *veronicæ* quid dicendum ambigo, cum & ipſi Domini Galenici aliquo modo differre videantur & his frigida, illis calida & ſicca ſit; hoc autem parum refert, cum ſcientia etiamſi ſolidiſſima eſſet, me non ad dotes *veronicæ* ſeminales duceret, neq; craſeωs nudaret nucleum, hinc relollaceis hiſce rejectis potius ſaporem conſiderabimus.

Noſtra herbula igitur maſticata porulis linguæ particulas intortas varie angulatas & difficulter flexiles, vel ut cum Williſio loquar, furcatas ſuperficiariè tantum, vim alkalinam, abſorbentem & adſtringentem notanter imprimit, hinc ob ſal alkali temperatum ſive occultum acidum abſorbet & ob particulas de terra virgineâ adſtringentes fibroſiorem reddit ſanguinem & merito inter vulnerarias refertur herbas.

Falſa verò opinio chirurgorum eſt quorundam hujusmodi herbas ad conſolidanda vulnera applicantium, cum talis modi

vim

vim non habeant, verum ſaltim removeant impedimentum acidum ſcilicet vitioſum, quod in parte læſa ex degeneratione ſanguinis ſive deſtructione nutrimenti proficiſcitur, hinc nihil aliud agit, quam hoc acidum abſorbere, ut commoda humidi nutritii gummei adaptatio fieri poſſit, ut adeo vis ejus non in ſubſtantia volatili, neque in fixa per ignem producta, ſed in media & quaſi ſale eſſentiali tartareo nitroſo conſiſtere videatur.

His ſtantibus convenit noſtra *veronica* in ſinus ſeu fiſtulas & ulcera injiciendo in forma decoctionis externe tam, quam interne hauriendo illam, ut temperet acidum in ſtomacho, quod deinde per urinam eliminatur; impeditur influxus acidus in vulnera, hinc præter ſaporem ex amaro nitroſum ſimul eſt, præſertim ſi conſideramus locum ipſius plantæ natalem, virtute diuretica pollet & renum calculos, arenulasq; expurgat, eosq; purulentos mundificat & ſanat.

Ob eandem virtutem hypochondriacis & ſcorbuticis non parum prodeſt, cum enim ſero abundet acri, fit ſane, ut dum largius urina mittitur, multum materiæ evacuetur morbificæ, Pe-

Pectoralis eſt & ubi expectoratione opus, propinatur ſatis frequenter, teſtibus jam beatis aſſociatis *Ludovici & Ettmillero*. In phthiſi aciditatis attractu optime confert.

Etiam pro ambientis ratione ſudoriferum eſſe, petechialibus, variolis, peſtilentialibus febribus maxime intentione primaria ſalutaris & ſolutiones ab acido factas præcipitando craſin M. S. reſtituit.

In colica & dyſenteria utramq; abſolvit paginam, interne acidum imbibendo, externe coronidem conſolidationi imponendo. Contra lumbricos ne generentur & ut enecentur, conducit, ob vim putredini & pullitiei verminoſæ reſiſtendi, inprimis ſimilibus adjectis.

Non autem enarratis tantummodo, ſed & aliis affectibus mederi *veronicam* auctor eſt doctiſſimus *Melderus*: *Veronica*, inquit, non in tuſſi, aſthmate, peripneumonia & catarrhoſis aliis morbis conducit, ſed etiam omnes obſtructiones liberat & morbos indenatos ſanat, icterum, hydropem, ſplenis tumorem, febres putridas etiam diuturnas & malignas, pleuritidem, arthritidem, luem galli-

gallicam, ſterilitatem aufert & pluribus aliis morbis remedio eſt, inprimis morbos cutaneos, lepram, ſcabiem, impedigines, vultanera & ulcera curat. Dictis addenda merito eſſet Hildani Praxis feliciſſima, in qua adhuc alias recenſuit vires, ex modo autem allegatis, promanantes, ceu ex infra dicendis patebit.

Veronicæ ſpica ſimilis eſt ſcopis, hinc abſtergere & mundificare dicitur, quod verum; foliorum ejus circumferentia ceu ſerra apparet, eaq; propter *veronicam* in vulneribus, ulceribus antiquis, contuſionibus & punctionibus prodeſſe autumat induſtrius harum rerum ſcrutator *Joannes Francus* l. de ſignatura p. 24. cujus experientia opinionem quoq; confirmat, optime enim teſtari poſſum *veronicam* contuſam multa vulnera & ulcera ad feliciſſimam promovere ſanationem, an verò virtus hæc ob ſignaturam fuerit reperta, vix credo, cum multæ herbæ foliis ſerratis vulnera non ſanent, & iterum multæ dantur foliis non ſerratis, quæ ulceroſis maximopere proſunt, ideoq; pleraq; ſignatura eſt efficta & quandoq; quaſi crinibus adducta, imo

cente-

centeſimus virtutem non divinatus fuiſſet, hinc magis artificioſam & operoſam quam neceſſariam & utilem ego cenſeo, quamvis Quercetani, Crollii & Magni Sennerti, (cum unicuiq; dubia inferre & rationes opponere rationibus fas ſit) famæ celeberrimæ nullatenus detrahere in animo habeam.

Ideoq; valde dubitatur an Deus Creator externa forma voluerit virtutem internam interpretari, aſt hoc certiſſimum eſt, Deum impleviſſe Bezaleel & Ahaliab ſapientia & ſcientia, ut excogitare poſſint, quomodo metalla, lapides, ligna &c. in uſum hominum adhibenda ſint, verum ὡς ἐν παρόδῳ & hoc eſt quod dicit *Helmontius* l. Pharm. & diſp. p. m. 283. §. 5. *Deum* dediſſe ſcientiam ſimplicium cui vult ex gratia ſupernaturali, non autem per ſigna naturæ.

CAPUT

CAPUT VI.

De præparatis ex *Veronica.*

Membrum I.

De Medicamentis in forma ſolida.

CUm *veronicæ* noſtræ uſus tam multivarius ſit, hinc ex illa multa variaq; præparantur medicamenta & aliorum ingrediuntur compoſitiones ſive formulas, de quibus, medicamentis & quidem primo, in forma ſolida, jam agemus.

Pulvis ex foliis ad mentem Doctiſſimi *Joannis Röderi* Phyſici Hilperhuſani Amici olim academici dexterrimi, exiccatis minutim tritis & per cribrationem à particulis lignoſis liberatis, olim regnantibus Galenicis in maximo uſu erat; cum verò ob intumeſcentiam palato inprimis hodiernorum delicatulorum hujuſmodi pulveres, drachmatim ſumendi admodum ingrati ſint, concentratiores Moderni excogitavêre, qui in minori doſi jucunde quidem aſſumuntur, tamen ego diffuſiores non totaliter rejiciens unicuiq; liberam relinquam ſententiam.

Magi-

Magiſterium *veronicæ* fit, ſi folia craſſi-
ſculæ inciſa lixivio ex cineribus clavella-
indantur, coquantur & alumine præcip-
tentur, cum vero atomos vehant impur-
& propriis viribus penitus orbos & ab al-
minoſis partibus deturpatos, nos illis n-
bem pro Junone amplectentibus relin-
quentes aliam quæremus formulam, in m-
moriam illud revocantes *Arnoldi de Vil-
nova*, fallacem eſſe Medicum aut ignarum
qui quærit inuſitata & rara, cum poſſ-
communibus ſubvenire languenti.

Sal alkali materialis nitroſum *veronic-*
pars, fit perfecta incineratione exhalat-
particulis ſulphureis & mercurialibus o-
mnibus elixiviatione vel ſeparatione ter-
rearum & ſalinarum nempe & coagulatio-
ne, ſive ſit ſimultanea, ſive ſucceſſiva, tun-
progeneratur ultimum ens plantæ magna-
rum virium, inprimis ſi ex planta virid-
combuſta paratur.

Oxyſal *veronicæ* diaphoreticum ita fit:
℞. ſalis *veronicæ* cryſtall. cui in concha pau-
latim ſpiritus aceti vini acerrimi, vel ex
ſaccharo per MB. calorem absq; empyreu-
mate parati, tantum affunditur, ut non
modo

odo ſal ſolvatur & fumus ex pugna utri-
:que orta ſiſtatur,ſed etiam gratus, acidu-
ſq; ſapor præcellat, cujus humiditas len-
porro evaporatione conſumetur.

Hinc ex ſale denuo in aq. roſar.ſoluto & MB per 8. dies digeſto, pulcerrimi & ellucidi coloris liquor conſpicitur, qui larus in concha effuſus in conſiſtentiam ccam iterum reducitur & in vaſis vitreis ecuratius occluſis ſervatur, ne, ut procli-is eſt, externi aëris contactu liqueſcat.

Sal eſſentiale fit ex decocto fortiter ex-reſſo per coagulationem& inſpiſſationem ı loco frigido, quod per lixivium depu-atum concreſcit in ſulphureas & mercuri-les particulas complectens ratione nitri egetabilis diureticarum & ſudoriferarum xcellentium.

Lapillos ſive cryſtallos ſi expetas eodem rocedere potes modo, *veronica* nempe ıagna quantitas contuſa in mortario lapi-eo, coquatur in vaſe magno, aquâ multâ d medias, decoctum exprime fortiter,co-turam coque ad ſpiſſitudinem mellis li-uidi, hunc ſucum in vaſe vitreo loco fri-idiſſimo ſtare ſine, per aliquot dies fiunt

lapilli

lapilli inſtar ſalis gemmæ effuſo liquore,lapilli propria aqua abluuntur & ſiccantur. Parum vel nihil differunt hi lapilli à ſale eſſentiali modo deſcripto.

Sal volatile *veronicæ* fieri poteſt mediante recentis *veronicæ* contuſione,digeſtione & artificiali quadam fermentatione ad mentem Doctoris mei Excellentiſſimi *Wedelii*,cui pro fideliſſima informatione Deus tantum largiatur, quantum animo ſuo cogitat.

Pilulas ſequentes in msto *Sebaſtiani Stromayeri* Med. Ulm. reperio ad calculum renum tam, quam veſicæ & aſthma, cujus deſcriptio hæc eſt:

℞. Herb. ſaxifr. hyſſop. *veronic.* virg. aur. urticæ, pariet. ā ℥i, rad. fænic. petroſel. ā ʒvj, cort. fraxin. ℥ß, inciſ. & craſſ. contuſ. affunde ſpir. junip. toties, donec non amplius tingatur, collectum ſpiritum abſtrahe ad ſpiſſitudinem extracti, tunc adde terebinth. ſuc. betul. ſæpius lot. ℥j, oc. petræ, lap. cancr. præp. carab. præp. ā ʒi, nuciſt. ʒj, redige in maſſam pilularem.

Morſuli vel rotulæ cui in deliciis ſunt ex conſerva & extracto ſpeciebus mixtis fieri

poſſunt

poſſunt, quarum deſcriptones accuratiſſimas tradit *Præceptor meus* Ord. & Meth. Com. lib. 8. Sect. 11. c. 3. p. m. 688. ceu infra in affectibus quibus conveniunt trademus.

CAPUT VI.

Membrum II.

De medicamentis in forma media.

EXtractum eſt nobiliſſima rei pars à craſſiori ſuo corpore, per idoneum menſtruum ſeparata, hinc de illa paranda ſollicitus eſſe debet Medicus rationalis; paratur itaq; comuniter affuſione S. vini, quod minimè rejiciendum, ſi reſinoſum quoddam ad extrahendum ſubjicitur, aſt in fixioribus v. g. herba noſtra felicius aquoſo menſtruo ſale proprio acuato peragitur & ad conſiſtentiam picis nigri redigitur, quod *Ang. Sala* diverſimode uſurpat.

Roob facillime poteſt parari & diſpenſari, aſſumendis ſacch. clarificat. pj, ſuci *veronicæ* expreſſi & depurati, pjß, quæ invicem

vicem miſta ad conſiſtentiam juſtam coquantur.

Mumiſari *veronica* poteſt ſi herba minutiſſime inciſa addito ſaccharo albiſſimo duplici vel triplici ad herbas pondere, vaſe bene clauſo ſoli exponatur &; ſubinde agitentur; id quod facilis eſt præparationis & noſtris non ignotum mulierculis.

Vitriolatam conſervam obtinebis, ſi addantur ad gratum acorem guttulæ nonnullæ ſpiritus vitrioli vel ſulphuris.

Ex hac additis addendis conflamus facile Electuarium, ut iſtud *Rolefincij* Ord. & Meth. Com. p. 703.

Vin' Linctum? ex conſerva & aliis lege artis miſtis in phthiſi & affectibus pectoris proficuus ſequenti modo paratur:

℞. Fic. ping. num. x, paſſul. mm. ℥ij, jujub. ſebeſt. dactyl. exoſ. an. num. xij, contunde in mortario, poſt coq. in aq. fontana q. ſ. exprime & trajice per manicam, Colaturæ ℔j, adde conſerv. viol. *veronic.* ā ℥j, ſpec. diair. diaplir. an. ʒß, Elæoſacch. aniſ. ʒj, M. S. Bruſt-Zucker cochleatim ſumendus.

Nec omiſſa fuit *veronica* in compoſitione

tione Theriacæ com. Lindaviæ olim uſitatæ & à Doctore *Angelburgio* ita reformatæ; ℞. gentian. bacc. junip. an. ℔iij, bacc. laur. ℔iiiß, angelic. ariſtol. long. an. ℥v, *veron.* centaur. min. chamædr. abſinth. C. B. an. ℥ij, rad. petaſitid. ariſtol. rot. an. ℔iiß, oſtrutii, enul. camp. cardopat. pimpinell. valerian. an. ℥vj, calam. arom. leviſt. an. ℥iij, ſpic. rom. ℥iiij, ſuci liquir. diſſol. ℔ß, roob ſambuc. ℔iiij, tereb. clar. ℔ij, mell. deſpumat. q. ſ. fiat Theriac. in bona forma.

CAPITIS VI.

Membrum III.

De Medicamentis in forma liquida.

SUcus prelo exprimitur, pro uſu in officinis recepto, qui poſtea exaltari & conſervari poteſt ſequenti modo.

Sucus *veronicæ*, ſi ad remanentiam trium humiditas ſuperflua leniter exhalarit, optime deſpumatus & clarificatus vaſi vitreo inditur addendo unicuiq; libræ ℥iiß ſpiritus vini rectificatiſſimi deinde optime ob-

turatum radiis ſolaribus exponitur, hinc brevi temporis ſpacio ſucus puriſſimus per inclinationem abſtrahi in annos ſervari & variis præſcribi modis poteſt.

Etiam ſucus *veronicæ* incorruptus ſecundum *acutiſſimum Helmontium* Pharm. mod. §. 21. conſervatur ſolo gas ſive odore cujusdem ignis ſulphurei, cujus favore deinde balſamicum aliquid acquirit.

Sagaciſſimus Cnöfelius hunc habuit modum: Excipiebat fili ſulphurati ardentis fumum lagena vitrea inverſa, idq; ſponte ſua extingui patiebatur, mox ſine mora ſucum quemvis in illam infundebat & orificium arctè deligabat. vid. Ephem. Germ. ap. ad ann. 6. & 7. p. 51.

Aqua ex tota herba more aliarum ſimplicium per balneum elicitur utilis, inprimis herba ante deſtillationem in digeſtione parum poſita & ſæpius cohobata, tunc compages miſti recluditur & vehiculum eſt omnium pectoralium ſatis efficax cum vino autem deſtillata majores obtinebit vires.

Hoc

Hoc ſingulare habet aq. *veron.* ſive cum aq. ſimpl. ſive cum vino deſtillata, præ aliis aquis, quod non more ceterarum limpida ſed viridiuſcula prodeat, quæ viriditas character ſingularis efficaciæ eſſe poteſt.

Ex hac aqua julebi, Emulſiones, aliæque formulæ ut ap. *Rolef.* l. cit. videre eſt, fieri poſſunt.

Spiritus proprie ex herba fermentata paratur ad uſum varium,

Vel herbæ q. v. affunditur ſpiritus vini rectificatiſſimus, aliquandiu maceratur, poſtea exprimitur, expreſſio per digeſtionem & ſubſidentiam purificatur & ſpiritûs impropriè dictus deſtillatur, quo uſus eſt Doctor *Chriſtophorus Fingerlinus* ceu infra patebit.

Spiritus quoq; ex ſale *veronicæ* fixo prolicitur in calculo frangendo valde utilis, ſi partes ſalis ij cum argilla columbarum partibus iiij miſceantur, globuli formentur & per retortam obſervatis ignis gradibus pellantur.

Eſſentiam obtinebis ſi herbæ contritæ ſpiritum proprium, vel in defectu hujus ſpiritum vini affundas, tincturam extrahas & tandem partem menſtrui ſepares, ut fiat eſſentia, quæ efficacior erit ſirubo; qui incoquendo fere omnem virtutem amittit.

Modum alium eſſentiam *veron.* conficiendi reperies ap. nobiliſſimum *Jünkhen* chem. Exp. p. 131. mihi alias in frequentiori uſu.

Arcanum *veronicæ* hoc eſto: circa medium Maij *veronica* in ſ. q. collecta in mortario lapideo probe trita, expreſſa in fermentationem modo vulgari ponitur, ibidemq; relinquitur usq; ad fermentationem perfectam. Hac peracta deſtillatur ex ea ſpiritus donec ceſſaverint in capite alembici venæ l. a. dephlegmatus & plurificatus ſervatur. Poſtea caput mortuum in cineres redigatur & lixivium fiat cum aqua, quam deinde ſines evaporari ad conſiſtentiam mellis, huic reaffundatur modo dictus ſpiritus rectificatus & f. cum ſ. q. argillæ pulveriſatæ ſiccæ maſſa quæ deſtilletur ex retorta gradatim in ſubjectum recipiens cui prius impoſita ſit *veronica* ſicca ad demen-

dum

dum ſuperfluum phlegma tunc prodibit iterum ſpiritus cum ſale volatili *veronicæ* qui denuo virtutem ex *veronica* ſicca in recipiente in ſe combiberunt, ex quo rubor ipſis quidam conciliatur, totum itaq; iterum, quod in receptaculo eſt per retortam ex reverberio clauſo deſtillatur, tranſitq; liquor rubicundus cum fætore aliquo ſ. empyreumate ab herbarum ſuperadditarum oleoſitate aduſta, in hoc liquore integra facultas totius *veronicæ* continetur, poteſt propinari in vehiculo appropriato à guttis xv. ad xxv.

Vinum medicatum vel ex *veronica* ſola, vel cum rad. ir. flor. & cinam. præparatum optimum abſinthitis vini præparationem æmulans; ſi ſcilicet herba recens vel exiccata cum reliquis muſto imponatur ut per ſubſequentem fermentationem eruditas corrigatur. Vel cum purgantibus aliisve ſpeciebus alterantibus & correctivis & vino defæcato conflatur ceu infra audiemus.

Sic nobilis noſtra *veronicæ* cerevifiam conficiendam pectoralem beneficio fermentationis eſt aptiſſima, cujus uſum magno cum ſucceſſu in phthiſi & aſthmate ſæpius vidimus. C 3 De-

Decoctis variè noſtra inſervit *veronica*, quomodo autem parentur, notiſſimum eſt tonſtrib', cum multi eo,loco decocti herbæ Thee, continuo & quidem, ex mea ſententia,utiliter utantur,cum cephalicas, ſtomachicas & nephriticas vires poſſideat ea & forte noſtris corporib' magis conveniat.

Nolo etiam *hydromel veronicatum* præterire, quod in affectibus thoracis & pulmonis præſertim aſthmate chronico mira præſtat, formulas in affectibus, quibus inſervit, tradituri ſumus.

Mulſum acquires, ſi partibus duabus vel tribus vel pluribus vini unam partem mellis adjicias *veronicam* vel ſolam vel aliis junctam in eo infundas, coquas & colas. Oleum *veronicæ* ſimplex paratur ex foliis inciſis & contuſis, ponitur ſcilicet herbæ inciſæ ℔j, in vaſe vitreo, affunduntur olei olivarum veteris & clari ℔iij, poſtea in duplici vaſe coquitur & abjectis foliis recentia imittuntur,atq; iterum tribus diebus macerantur,deinde ſimili modo coquuntur & exprimuntur; tertia vice recentia folia denuo injiciuntur, macerantur, colatura uſui reſervatur.

Finis partis generalis.

Sectio-

SECTIONIS II.
Pars I.
Quæ
Medica-chemica
Pharmaceutico-therapeutica,
de
USU VERONICÆ
Speciali,
In Affectibus ſupremi ventris,
cujus
Membrum I.
De Affectibus cerebri & capitis.
CAPUT I.
De uſu Veronicæ *in dolore capitis.*

HOminem ob naturæ majeſtatem miraculum miraculorum animal adorandum & venerandum à Sapientiſſimis Ægyptiorum Sacerdotibus appellatum fuiſſe conſtat, Majeſtatis porro imaginem licet ubique habeat expreſſam, lucent tamen in capite plures divinitatis illius & principatus animæ radii.

Quid quæſo velocitas pedum? agilitas manuum? quid robur lacertorum profi-

ciat? niſi capitis ope adiuvetur? hinc omnia membra capiti ancillantur, quamdiu amicè conſpirent, vinculo autem hoc ſoluto, nil niſi lerna malorum & morborum innumerorum promus condus reſpicitur, quorum non nullos in quibus *veronicæ* virtutes deprehenduntur admodum efficaces digito tantum tangemus.

Solatur autem *veronica* capitis affectus pleroſq; à particulis acribus membranarum circa capitis partes ſpaſmum inducentibus, vel ut loquitur *Gregorius Salzmannus* ex bile flava cum pituita miſta ortos, v. g.

℞. malv. biſmalv. ā mj, *teucrii* mß, viol. mß, ſem. lini, fænugr. an ℥i, oxyphænic. ℥ß, f. decoct. in aq. fontanæ ℔vj usq; ad medietatem addatur oleum chamæmel. ℥iß. caſſ. nov. extract. mell. roſ. col, an. ℥j, f. enema, quo applicato cum aliis Sebaſtianus Kramerus à dolore liberatus fuit.

In cerebri frigidis paſſionibus omnibus à lympha ſcilicet aut plus minus acri materia ortis gargariſma ex aqua decoctionis origani, *veronic.* rad. cappar. epithym. & hyſſop. horteuſ. cum oxymelle ſcillitico adhibet Medicus Ulmenſis antiquus *Henricus* Steinhöwel.

Ubi in dolore capitis bilis peccaverit ad eam præparandam Doctor *Helias Waldnerus* ſequenti potione utitur à *veronica* nobilitata:

℞. lactuc. *veronic.* agrim. intybi ſat. an. mj, decoq. ſ. a. hujus decocti ℞. ℥iiij, oxyſacch. ſ. ſir. intyb. ſativ. an. ʒvj. commiſce.

Cerebri vaſorum ab humoribus excrementitiis obſtructorum reſerationem & lenem evacuationem in Textore Albano Faulhaber nodulo ſequenti perfecit *D. Sebaſtian. Stromayerus.*

℞. flor. anthos, beton. an. pij, herb. agrim. *veronic.* an. miß, fol. ſen. ſ. ſt. ℥iß, rhabarb. alex. ʒiiij, ſem. aniſ. fænic. coriand. an. ʒß cinam. acut. ʒiß, Zingib. ʒj, inciſ. S. Kräuter zum Haubt purgierenden Wein.

Præſtantes etiam morſulos cephalicos D. *Joannes Melderus* præſcripſit, Mercatori opulento *Jo. Millero*, qui merentur notari:

℞. conſerv. roſ. rub. ʒvj, anth. ʒij, ſuccin. alb. præp. ℈ij, ſem. coriandr. præp. nuc. moſchat. maſtich. el. an. ℈iß, cubeb. ℈ß oliban. extract. liquir. an. ℈ß, ſacch. in aq. *veron.* & flor. tiliæ an. q. ſ. coct. ℥vj, ol. nuc. moſch. expreſſ. ℈j. ſuccin. Q. ti rectif. gtx,

 tori-

roriſmarin. cinam. an. guttiij, ambr. v. gvj, f. morſuli pond. ʒiij, S. **kräfftige Haubtſtrützeln Nachts ein halbes oder gantzes zu nemmen.**

Samuel Faulhaber an. 1568. hæmicraniа laboranti ſeq. digeſtivum D. *Karolus Eccoldus* ordinavit, per ſeptem dies continuandum:

℞. oxymel. ſ. ſir. ſtæch. betonic. an. ℥ß, mellis anthoſat. ʒ ij, aq. *veronic.* ℥ij, hyſſop ℥j, M.

Sequentis miſturæ in Textore, dequo infra, intollerabili cephalæa ab acri ſale ſcorbutico ſub lymphæ vitioſæ vehiculo membranulas capitis vellicante tentato, feliciſſimum vidi effectum:

℞ aq. betonic, *veronic.* an. ℥ij, ſpirit. naſturt. ʒ j, cephal. Aug. ℈ ij, ſir. beton. q. ſ. laud. op. gij, M. cochleatim ſumenda. Præter hos videatur Fabritius Hildanus cent. 2 obſ. chir. 10 Act. Hafn. vol. 2. n. 11.

CAPUT II.

De uſu Veronicæ *in Catarrho.*

Contra catarrhum qui à capite ad aſperam arteriam fluit Doctor *Mart. Nyſſerus* exhibet Petro Wilhalm, an. 1569. hoc.

Recip.

℞. *veronic.* mj, roſ. rubr. mß, coq. cum aq. & aceto & edulcoretur ſir. de ſiccis roſis, ut f. Collutio oris.

Idem Ottiliæ Neuthartin in deſtillatione ordinavit: ℞. hyſſop. *veronic.* ſalv. an. mj, roſ. rubr. mß, coq. cum aq. & dulcor. oxymel ſ. & f. collutio oris.

In omni catarrho, inquit D. *Ant. Brelochi'* Phyſicus olim Hallenſis, purgabis caput leni medicamento, quale eſt ex rheo paratum additis fæni culo & caſſia, cum decocto hyſſop. cēt. min. *teuc.* & levari ægrũ videbis

Hinc in tali caſu *Jo. Bernhardinus Keller* per epicraſin purgare rectiſſime judicat cujus vinum medicatum tale eſt:

℞. lign. guajac. ℔ß. ſaſſafr. ℥j, chinæ ℥ß, ſarſæpar. ℥iß, cort. tamariſc. ʒvj, rad. caryophyll. cichor. helen. petroſel. ā ℥ß, polyp. q. ℥j, rhab. opt. ʒij, herb. beton. C. B. ſcolop. pulmon. paralyſ. eupator. Avic. ſcabioſ. *veronic.* hyſſop. abſinth. pont. & vulg ā mß, ſem. aniſ. fænic. ā ʒiß, f. ſen. alex ℥iiß Zing. cinam. galang. cal. arom. ā ʒj, conciſ. lig. in ſacc. zu 8. Maaß Wein. Et *Seb. Stromayerus* infuſum laxativum inducit, quod in catarrho multum auxilii attulit Rev. Dn. M. Thom. Bick Paſtori in Rothnacker, quod:

℞. flor. betonic. anth. an. pj, herb. *veron.* verbenæ, ſalv. meliſſ. an. mj, fol. ſen. ſ. ſt. ʒvj, rhab. el. ʒiij, agaric. troch. turpeth. alb. an. ʒiiß, ſem. aniſ. coriandr. præp. an. ℈ij, cinam. acut. ʒj lign. ſaſſafr. ʒij, ex inciſ. & contuſ. f. ſerico albo ſacculus S. Flüßkräuter in Wein.

Georgius Mack Ruſticus in Pago Würtenberg. Aſch contra catarrhos in fauces & linguam deſcendentes ſuadente eodem *Stromayero* ſequentem miſturam uſurpat:

℞. aq. ſalv. puleg. ceraſ. nigr. an. ℥j. *veron.* poeon. majoran. lavend. an. ℥ß. M. S. Flüß-Waſſer in Mund zu nemmen und wieder auß zu ſprützen.

Non minoris virtutis eſt *Doctoris Ebeni*, Generoſæ Dominæ Baroniſſæ Maximil. Vöhlin ordinatum gargariſma à *veronica* clarum:

℞. ſalv. rorismar. betonic. *veronic.* an. mß, rad. chelidon. maj. ireos an. ʒiij, rad. pyreth. ℈ j, decoq. in aq. ſ. ad ℥xiij, colaturæ adde roob dianuc. diamor. an. ʒij. diacod. M. ℥j, M. S. Mund-Waſſer.

Plura vid. ap. Jo. Crat. conſil. medic. 28. ubi potio purgans eſt. Schneider, de Catarrh.

tarrh.lib. 4. c. 2. ubi ſirubus catarrhalis purgans habetur. hydromel anticatarrhale legi poteſt in Chem. Exper. curioſa laborioſiſſimi Helfr. Jünckhen p. 103. his adde Pilulas catarrhales, Timæi à Güldenklee/ lib. 5. epiſt. 2. p. 796. Miſturam ejusdem pag. 484. vinum medicatum Paracelſ. Conſil. Med. p. m. 692. Apozema Willis Patholog. cap. 2. p. 146. op. Lugd. vinum medicatum Schröd. Phar. Med. lib. 2. p. m. 227. Aquam catarrhalē Curioſiſſimi Hannemanni Prod. Lexic. p. 56. Sirubum vel ſucum *veronicæ* Reuſneri obſerv. 28. ap. B. Welſchium. decoctum ad catarrhos funditus exturbandos Rolefinc. 2. conſult. 22. Sirubum in catarrho efficaciſſimum Lotichii l. 3. c. 1. obſ. 1. p. 237. aquam claretam pro eductione materiæ per os Thiermayeri Schol. Med. lib. 2. p. 12. Apozema cephalicum pector. Mermanni Conſult. med. lib. 1. p. 72. Julebum expect. Sorbait Oper. Med. p. 308. Pill. alœphang. Mynſicht. Arm. chem. p. m. 157. ſacculus capitalis Beati noſtri Ettmilleri Oper. Pharm. p. m. 88.

CAPUT III.

De uſu Veronicæ *in Apoplexia.*

IN Apoplexia alvo non reſpondente D. *Joannes Heniſius* hoc enemate fructuoſiſſime utitur:

℞. *Veronic.* ſalv. an. mj, flor. chamom. mß, ſem. aniſ. carvi an. ℥ß, rutæ ʒ ij, f. decoctio ad ℥xij, in colat. diſſolv. Elect. diacathol. ℥ß, bened. laxat. ʒ iij, hier. picr. ſ. ʒij, olei rutacei, mell. roſ. ſolut. an. ℥ j, M. f. enema. Sequens miſtura mihi admodum familiaris:

℞. ▽æ flor. tiliæ, hyperici an. ℥ij, *veronic.* ℥j, flor. anth. lavend. an. ℥ß, ♌us roriſmar. ʒ ij, vitriol. philoſ. præp. gttx, ſir. ceraſ. nigror. q. ſ.

Doctor *Fridericus Fuchſius* apoplexiæ cum aliis etiam opponit ſequentem Embrocham *veronicæ* auctam:

℞. chamæm. ſalv. *veronic.* ſerpill. an. mj, majoran. ſtæch. hyſſop. calaminth. origani, laur. an. mß, commiſce & conciſ. in aq. puriſſimæ ℔vj, decoq. ad medietatem S. Kräuter zur Haupt Laugen.

His jungatur aqua vitæ Helbach. Hort. corporis, p. 387. quæ Apoplecticis perutilis & *ἀναιμίαν* reſtituit.

CA-

CAPUT IV.

De uſu Veronicæ *in vertigine.*

D. *Frideric. Fuchſius* Gargariſma propinavit an. 1561. Cordulæ, *Georgii Gröken* viduæ, *veronica* condecoratum:

℞. hyſſop. ſalv. *veronic.* an. mj, rad. aſar. ʒ vj, cubeb, pip. Zinzib. an. ʒ j, pyreth. ʒ iß, coq. in aq. q. ſ. ad ℔j, add. oxymel. ſquill. ℥iij, commiſtis omnibus f. gargarisma.

Præter hoc etiam interne ſumta *veronica* in vertigine valde laudatur, cum quandoq; in inſtanti luminoſas loco caliginoſarum imagines producat, quemadmodum laude dignum legimus pulverem apud *Udalricum Wolfhardtum* Phyſicum Memmingenſem:

℞. pœon. *veronic.* aniſ. cubeb. an. ʒj, cinam. nuc. muſcat. an. ℈ ij, comiſce f. pulvis.

Ad imitationem hujus ego nuperrime Religioſo cuidam vertigine laboranti ſequentem pulverem dedi, ob ſucceſſum vero optimum omnibus commendandum, cum quoscunq; ſpirituum animalium inordinatos compeſcat motus, eosq; figendo ſedet:

Recip.

℞. ſem. *veronic*, ℈ij, ſuccin. cubeb. an. ℈ß, cinab. antim. rit. præp. gr. iiij, laud. opiat. ferm. grj, M. f. pulv. ſubtilis. Alibi hunc pulverem in rotulas reformavi, quibus præmiſſo vomitorio Vertigo in Viro quodam fuit profligata & de die in diem melius habuit:

℞. Extract. rutæ, ſem. *veronic.* an. ℈j, hyperic. ʒß, olei deſtill. rut. ſuccin. an. ℈ß, ſacch. in aq. rutæ q. ſ. ſolut. ℥iiij, f. rotulæ.

Plura, qui cupit exempla, evolvat Magnum Sennert. Tom. 3. Op. Lugd. p. 74. ubi pulvis Dreſdenſis & p. 75. aqua *veronicæ* antidinica reperitur. Nic. Grimbergh. obſ. med. 8. p. 4. Williſ. cap. 5. de morb. Convulſ. p. Oper. Lugd. 483.

CAPUT V.

De uſu Veronicæ *in Incubo.*

NOſtra *veronica* ingreditur etiam medicamenta contra incubum, ceu verba Doctoris *Ottonis Rothii* perantiquij Phyſici Ulmenſis, quæ in præſentia adducemus, ſonant:

Opti-

Optimum, inquit, eſt remedium (rad. pœon.) in Epilepſia & conducit etiam in Ephialte, quomodo audivi ex Doctore *Nicolao*, qui ſequens pro probato mihi dedit:

℞. rad. pœon. ℥ij. myrrh. trogl. ℥ß, ſuci *veronic*. cyath. j, da bibere patienti.

Et in capite de Ephialte ſequens habet Electuarium:

℞. Rad. pœon. ſem. rutæ, pulv. *veronicæ*, qui naſcitur ad quercus, viſci querc. an ℥iß, pyreth. ſem. pœon. mund. cinam. coriandr. præparat. diptamn. an. ℥j, cubeb. nuc. muſc. folii an. ℥ß, caſtor. ℈ij, mell. deſpum. q. ſ. f. Electuarium, doſis eſt ℥ß, quando itur cubitum, tres horas poſt cœnam paucam.

Apposite hæcce, cum inprimis *veronica* motum reſpiratorium thoracis liberum reddat, hinc olim virum melancholia hypoch. laborantem, ſæpiusq; incubo affligentem ſolo decocti *veron.* crebrioris uſu, acidam lympham invertendo curavimus; aſt quod notandum, ne tempore noctis ſumatur, cum quandoq; parum vel plane amotum ab oculis ſomnum obſervaverim.

Aliud Electuarium invenies apud noſtrum Rolefinc, imortalis memoriæ, l. 2. Conſult. conſ. 10. p. 176.

CA-

CAPUT VI.

De uſu Veronicæ *in debilitate memoriæ.*

OB eandem rationem *veronica* in debilitate memoriæ morboſas ab Archæo irregularibus paſſionibus diſturbato, delineatas ideas deſtruit, cujus rei exemplum eſto juvenis nuperus ex pago vicino Gerlehofen, qui poſt exanthlatam febrem malignam de memoria labili conqueſtus ſequenti infuſo curatus fuit;

℞. herb. *veronic.* mij, rorismar. mß, paſſ. min. m. ℥ij, fol. ſen. ſ. ſt. ℥j, fibr. rad. hell. nigr. crem. tart. cinam. acut. an. ℥ij, caryophyll ʒ iß, macis ℈j. inciſa & contuſa probe in mortario lapideo includantur nodulo vino infundendo S. Säckel in ein Maaß Wein zu hengen; hoc vinum obtuſa allevavit corpuſcula, particulas opacas ſpiritus obvolventes ademit, eosq; luminoſos reddidit.

Ex antiquitate D. *Joannes Vogt* ante 150. annos Loimiater Ulmenſis in Paſſionario ſuo in memoriæ debilitate ſequens apozema cum aliis ſecum portantibus amica-

micabilem oleoſum odorem vitalibus maxime acceptum, præſcribit:

℞. rad. caryophyll. gentian. an. ʒj, quinq; rad. com. macer. in acet. an. ℥ß, rutæ, C.B. *teucrii*, ſalv. ambroſ. ſampſuch. an. mj, bacc. junip. ℥ß, uvar. paſſ. detract. vinaceis ℥j, ſtæch. piij, rorismar. pj, euphrag. ℥iij, fol. ſenæ, bacc. laur. an. ℥ß, glycyrrh. ℥j, decoq. in ſ. q. aq. font. donec abſumatur dimidium, poſt exprimantur & colo transfundantur, accipiantur juris decocti ℥xx, quæ ſacch. dulces reddantur, & adjectis cubebar. ʒj, cardamom. macer. garyoph. ſem. coriand. macerat. in acet. an. ʒß, reddantur jucundioris ſaporis, ſumantur jejune ℥iiij per dies quinq;. In experto Ruperto *Joannis Harderi* talem in venio loturam capitis contra oblivionem:

℞. fol. abroton. *veron.* an. mii. laur. mß fol. azari inciſ. mj, flor. roſ. ſtæch. lil. convall. an. mß, decoq. in aq. ad conſumtionem tertiæ partis f. lotio capitis.

Herbarium magnum *Carrichtero* falſo aſſcriptum p. 89. ſeq. pulverem rad. *veronic.* item conſervam herbæ in confortando ingenio egregie laudat.

Mem-

Membrum II.
De morbis oculorum.
CAPUT I.
De uſu Veronicæ *in obſtructione nervorum opticorum.*

NOſtra *veronica* in montibus inprimis enaſcens interne ſumta, vel externe applicata porro ſimbolizat cum ſpiritibus viſivis, ita ut acido avide abſorpto protinus roborata majori vi expulſionem cadaveroſi excrementi in nervis opticis hoſpitantis adoritur, id digerat, diſſolvat, ut penitus extra corporis limites exterminari queat, quod exemplo comprobat D. *Georgius Strölinus* Patricius Ulmenſis ſequenti:

℞. flor. ſtæch. roriſmar. an. ℥ß, verben. *veronicæ* an. mß, rad. caryophill. polypodis, ſiler. mont. an. ʒiij, f. decoctio in ℔ iiij aqua fluvialis limpidæ ad dimidii excoctionem, coletur & clarificetur ut artis eſt.

Item *Karolus Eccoldus*, Rev. Dn. Leonhardo Hutero debilitate viſus laboranti tale digeſtivum ordinavit:

℞. conſerv, ſalv, conſerv, euphraſ. conſerv.

ſerv. *veronic.* ℨij, M. & f. bolus, qui exhibeatur patienti quolibet veſperi per duodecim dies. Hiſce adjiciam ſequentem nodulum vix commodè *veronica* carentem, qui Juveni cuidam in dextro oculo lucis fere nulla uſura fruenti, obſervatis diætæ legibus oculariter, ſpiritus nempe ſilveſtres eliminando, regulares vero in ordinem redigendo & amœnas ſanitatis ideas inducendo, conduxit:

℞. rad. fænic. ir. flor. an. ℥ß, herb. *veronic.* mij, euphraſ. mj, rorism. ſalv. verben. an. mß, ſem. ſiler. mont. ℨij, cardam. lign. ſaſſafr. an. ℨj, cort. citri ℥ß. fol. ſen. ſ. ſt. ℥iß, paſſ. m. m. ℥j. inciſ. contuſ. f. nodulus ſericus albus S. Säcklein in Augen-Troſt-Wein.

Sic in ruſtica juvencula poſt Deum ope ſequentis decocti & ſetacei in nucha applicati caliginoſum cæcitatis characterem in luminoſam viſionis imaginem, transmutavimus:

℞. herb. verben. *veronic.* euphraſ. an. mj, rad. caryophyll. ℥ß, ir. flor. ℨij, lign. ſaſſafr. coriandr. præp. an. ℨj. inciſ. contuſ. f. ſacculus lineus S. Säcklein ins Bier.

In viſu propter nervorum opticorum obſtructionem deperdito & iterum ſingulari Dei gratia recuperato *Fabritius Hildanus* cent. 5. obſ. 20. Apozema *veronica* auctum præparavit.

CAPUT II.

De uſu Veronicæ *in albugine & unguiculo.*

ETiam noſtra *veronica*, ut character corneæ infixus obliteretur & perluſtratio archeo non cohibeatur, egregie ſe gerit.

In probatis remediorum formulis à me quondam, ne otioſus mali quid agam, collectis, conſummatiſſimi dum viveret, Ulmenſis Æſculapii collyrium, ideam albuginis in oculo removens, invenio:

℞. Aquæ *veronic.* euphraſ. chelidon. an. ℥iiij, vitri antim. ℈vj, tutii præp. ℈j, vitriol. alb. ℈ß, ſacch. cand. ℈j, M.S. Augen-Wäſſerlein. Quam ego multoties præſcribo contentiſſimus, primum quidem roſivus hic liquor dolorem inducit, verum latex è veſtigia emiſſus diluendo dolorem minuit, albuginemq; corrigit. Quin

Quin & in unguiculo abſumendo vires utenti non denegabit, quemadmodum modo dictus vir, duce experientia, doctiſſimus, reliquis non neglectis ſequens feliciter præſcripſit:

℞. Aquæ flor. cyani, euphraſ. *veronic.* roſar, an. ℥ ij, vitrioli cyprin. tenuiſſ. trit. ℈iß, M. bene invicem terendo, hac Miſtura olim ſemel atq; iterum applicata ♎ualem ideam expunctam eſſe & ſaluriferas in locum imagines ſucceſſiſſe ipſus ſcio.

Vinum ſequens laxans *veronica* condecoratum Patricio Ulmenſi hoc malo laboranti ſalutare fuiſſe teſtatur *Medicus in flore juvenilis ætatis ex immatura phlebotomia in febri petechiali adhibita*, teſte *meo Thonnero* lib. 1. obſ. 33. *ad plures abiens* ex msto huc referendum:

℞. herb. *veronic.* C. B. an. mß, euphraſ. pij. rad. tænic. cichor. an. ʒ ß, fol. ſen. alex. ſ. ſt. ℥ vj, rhab. elect. ʒiiß, agaric. troch. gialap. an. ℥ ij, ſem. tænic. ℥ iß, caſſ. lig. ℈iß, paſſ. m. m. ʒiij, macis ℈ j, inciſ. dentur S. Stück zum purgier Meth.

Apud Hildanum Cent. 2, ſimilem curationem invenies.

Mem-

Membrum III.

De morbis Narium.

CAPUT UNICUM.

De uſu Veronicæ *in ozæna.*

IN ulcere narium, ozæna dicto, inhibet noſtra ob vim alcalinam ulteriorem acidi activitatem, perverſionem alimenti ſiſtit, ita ut Archæo pacificato balſamum ſenſim labiis denuo agglutinari & cavitas nova carne repleri queat.

Scriba *Præfecti* cujusdam in vicinia iſtiusmodi ulcus diu patiebatur, ob odorem vero fætidum me tandem conſuluit, quem ſequentibus perfecte curavi:

℞. herb. *veronic.* mj, fol. ſen. ſ. ſt. ℥iß, rad. ir. flor. rhab. el. cinam an. ʒij, cubeb, lign. ſaſſafr. ſalis tart. an. ʒj. inciſ. contuſ. g. m. d. ad nodulum ſericum alb. S. Weiſſer Gebändel in Wein.

Fætore remiſſo curationi impoſui coronidem pulvere attrahendo ex maſtich. thur. ariſtoloch. rot. & alumine.

Correctis omnibus in ozæna obliquitatibus

tibus ſe ſimiles fiant vitioſitates D. *Joannes Harderus* ſequens commendat linimentum:

℞. ſuci ormini, *veronic.* an. ℥ß. myrrh, gallar. an. ʒ j, cum ♃to & albo ovi f. linimentum. Ante purgationem D. *Karolus Eccoldus* ſequens digeſtivum dedit:

℞. oxymel ſ. ſir. ſticad. ſir. *veronic.* roſ. an. ℥ß, aq. cicoreæ, verben. ſalv. an. ℥j, M. pro una vice & ſic continuetur usq; dum apparent ſigna digeſtionis.

Commodè etiam ulcera narium per attractionem decocti alcalinorum mundificantur, ut eo citius reunio fieri poſſit, hinc D. *Jo. Wolfg. Rabus* ſequens laudat ſæpius uſurpandum:

℞. fol. braſſic. nicot. *veronic.* conſolid. med. an. mß, coq. in ſ. q. aq. ad reman. ℥viij colat. adde ſuc. braſſic. ℥j, mell. roſ. colat. ℥iß, M. Lavament Waſſer zum einſchnupffen.

In ozæna, ut humorum affluxus ad alias divertatur partes Fabr. Hildanus egregiam exhibet potiunculam, Cent. 2. obſ. 22. Celeberrimus Curioſorum Arion Miſtura utitur externâ Herb. ſacr. pag. 159. Doctiſſ.

Theod. Craan in Obſerv. Med. lib. 1. p. 188. apozema laudat. p. 191. ſirubum habet in quem turunda imbuitur & ulceri palati imponitur. Hofmannus, M. M. p. 300. decoctum & Jonſtonus Pr. Med. pag. 782. mundificans præſcribunt.

Membrum IV.
De morbis dentium.
CAPUT UNICUM.
De uſu Veronicæ *in dolore dentium & mobilitate.*

NOſtra *veronica* etiam in dentium doloribus & mobilitate eorum maximam fert opem, quatenus acorem ocaſionaliter in radice dentis hærentem, quo alias Archæus illaudabilia fabricare, vel in furorem incidere ſolet, imbibat & fiſtula quaſi paſtorali demulceatur, exempli loco ſit miſtura ſequens D. *Joannis Marii veronica* exaltata:

℞. decoct. lign. guajac. ℥viij, ſir. *veronic.* ℥j, roob

℥j, roob diamor. ℥ß, alum. uſt. ʒß, ſalis nitri præpar. ʒj. M.S. Mund⸗Waſſer.

Hujus aquæ, addit, dimidium, dolorem miraculoſe ſuſtulit.

In dentium mobilitate ſequens D. Waldnerus tepide admodum commendat:

℞. vini ſtyptic. ℥vij. *veronic.* mß, rad. cappar. ʒiij. maſtich. ʒj, commiſce & fac bullire ſimul.

Varia nos plurimis commendavimus, ſingulis optimo cum ſucceſſu. Quosdam à dentium mobilitate gingivis ſcorbuto affectis ſequenti miſtura liberavimus:

℞. decoct. torment. cum *veronic.* ℔ß, mell. roſ. ℥j, alum. uſti ʒß, MS. Mund⸗Reinigung.

Virgo ſacra quædam de dentium dolore ſæpius conquerens ſequentis crebrioris uſu absq; odioſis purgantibus reſtituta;

℞. rad. caryophyll. pyreth. an. ℥ß, hyoſciam. lapat. acut. an. ʒij, fol. perſicar. *veronic.* ſalv. an. mß, lign. guajac. junip. an. ʒij, coq. in aq. q. ſ. colatur. ℥vj, addantur mellis roſat. deſpumat. ℥iß, opii thebaic. g̃viij, MS. Schmertzen⸗Waſſer offt davon in Mund zu nemmen.

Alia ſequenti Miſtura cito fuit ſublevata:

℞. decocti lign. junip. in aq. *veronic.* ℔ß opii thebaic. ℈ß, caphur. gr. vj, M.

Plura qui cupit adeat Hildan, cent. 2. obſ. 10. Joelem lib. 3. Pract. ſect. 6. p. m. 248. alioſq;.

Membrum V.
De morbis oris.
CAPUT UNICUM.
De uſu Veronicæ *in ulceribus oris & gingivarum.*

UT fieri poſſit ulcerum horum perfecta curatio, neceſſe eſt, ut particulæ acidæ, acres, balſamicum alimentum corrumpentes rite corrigantur, ſi enim tantilla earum proportio poſt curam relinquatur, è veſtigio recidavare ulcus ſolet.

Hinc alcali, quod particulas haſce peregrinas abſtergat, producendum.

Hujus farinæ erit noſtra *veronica*, quippe quæ & externè & internè applicata vi alkalina prædita eas ſubito removet & alimen-

mentum partis corruptum dulceſcit, quo fibræ in æquali curſu denuo cicatricem inducere poſſint. Rem exemplo declarabimus.

Primiſſarius quidam annorum 35. non ſine ſuſpicione luis præter alia ſymptomata gingivas nigras, tumidas & ulceratas habebat, levi modo acidas haſce particulas corrigendo motum compoſuimus:

Recip. decoct. *veronic.* cum paſſul. mm. ℥viij, ſpirit. lign. S. ʒ iij, ſir. fumar. ℥ j. MS. Geblüt-reinigung 3. Löffel voll auf einmal.

Rec. herb. *veron.* m iij, ſcabioſ. ſalv. ā mß. coq. in ſ. q. aq. font. colat. Recip. ℔ ij, rob juniperi ℥j, mell. roſat. ℥iij. f. gargariſmus in ore ſine ulla agitatione continendus donec incaleſcat.

Supra allegatus Medicus præpropere nimis viventium numero ereptus ſeq. gargariſ. in ulceribus oris laudat:

Recip. thur. myrrh. an. ℈ij, ſarcocoll. ℈iß, ligentur in pet. iis adde herb. *veronic.* agrim. an. mj, flor. balauſt. pij. ſem. ſumach ʒ j, coq. in ſ. q. prunell. ad remanent ℥vij, colaturæ adde ſir. de roſ. ſicc. ʒvj, M. S. Mund-Waſſer.

Doctor *Joannes Heniſius* Ulmenſis contra putredinem & nigredinem gingivarum Ruſtici cujusdam uxori ex pago Holzen præbuit ſeq.

Recip. mell. roſat. colat. ℥j, roob *veronic.* diamor. an. ℥iij, ung. ægyptiac. ℥j, alum. uſti ʒß, M. S. Mundificativ.

Etiam ab hiſce ulcuſculis parvuli in cunis non immunes ſunt, tunc præſtat aqua *veronic.* cum melle deſpum. & ſpiritu aluminis miſta, quæ longo uſu nobis familiariſſima eſt.

Loco aquæ poteſt recipi decoctum *veronicæ* quod effectu meliori operatur, inprimis aphthis jam in ulcera ſordida degenerantibus, ceu ad pedes *Gamalielis* mei adhuc dum ſedens audivi, ipſusq; jam ſæpius expertus ſum, teſtibus Ephemeridibus meis.

Huc quadrat gargariſmus *Sculteti* Arm. Chirurg. P. 2. c. 30. p. m. 67. Hartmanni Prax. C. p. editionis Cardiluc. 264, qui in affectibus ori communibus & angina eſt præſtans.

CAPUT

Membrum VI.

De morbis Linguæ.

CAPUT I.

De uſu Veronicæ *in tumore linguæ.*

NOn ita pridem Miles noſtras Joannes Mayerus tumore linguæ periculoſo affect⁹ erat, ut vix in ore comovere eam potuerit, voce inperceptibili loquebatur & digito tantummodo voluntatem expreſſit; chirurgus quamvis ſcalpello ſæpiſſime incideret, tamen indies æger linguam magis intumeſcere ſentiebat, ut etiam cereviſiæ via denegaretur, in hiſce anguſtiis ego vocatus, obſtupui primo tantæ magnitudinis aſpectu; alias ſaniſſimus erat, excepto capite, quod obtuſe dolebat, hinc conjeci affectum hunc ortum duxiſſe à collectione vel ſtagnatione aquæ ſubſalſæ in ductibus lymphaticis ex partium ſanguificationi & chylificationi inſervientium calore iminuto, hinc omiſſa inciſione primo linteum ſequenti miſtura madidum linguæ impoſui,

 poſtea

poſtea ut ſæpius eadem os colluat, auctor fui, quibus tumor absq; aliis medicamentis ſpacio trium dierum evanuit.

Recip. aq. *veronic.* ſemp. viv. prunell. an. ℥iij, aluminis crud. ʒj, ſir. acetoſit. citri ʒvj, MS. Mund- und Zungen-Waſſer.

Similis gargariſmus eſt quem Curioſorum Arion l. c. p. 160. deſcribit, quo ſæpius guſtum imminutum fauſte reſtituit.

CAPUT II.

De uſu Veronicæ *in amiſſione loquelæ.*

PRæter alios in Medicina uſus Aphoniam quoq; egregiè medetur noſtra *veronica*, exemplum eſto Domini Affinis mei filiola, trium annorum ex morbillis in Aphoniam ſubitaneam incidens, quæ ſpacio quatuordecim dies bezahardicis non poſthabitis uſu continuo ſequentis miſturæ ex voto jam ſuperſtes, reſtituta.

Recip. aq. *veronic.* ℥iij, flor. tiliæ ℥j, ol. lix. PP. ſ. a. ʒß, ſir. pœon. q. ſ. M. f. pot. E- cochle-

cochleatim ſumenda, quæ acre morbillorum acidum ad nervos recurrens eosq; ad ſpaſmos cogens imbibendo deſtruxit & ſic vinculum linguæ ſolvit.

Aphoniam ex Apoplexia curavit magnus Chirurgus Sculterus noſter duobus medicamentis *veronica* nobilitatis, Arm. chir. p. 2. obſ. 27.

SECTIONIS II.

PARS II.

DE USU VERONICÆ SPECIALI

In

Morbis medii ventris;

cujus

Membrum I.

De morbis aſperæ arteriæ.

CAPUT UNICUM.

De uſu Veronicæ *in ejus anguſtia.*

QUandoq; ex acido viſcido & aluminoſo arteria aſpera non absq; immi-

nente ſuffocationis metu anguſtatur, tunc *veronica* aliis juncta incidendo, abſtergendo & imbibendo ſemper magna efficit & effecit nuperrime in ſeptuagenario fere ſub mediam noctem ſtrangulato urgente acore peregrino ex ſanguine refluo & aſperæ arteriæ communicato, compoſitio hoc erat:

Recip. decoct. *veron.* ℥iij, Tincturæ bez. M. ʒj, ſir. de eryſimo Lob. ʒiij, MS. Käh-len-Tränklein Löffel weiß zu nemmen.

In hoc affectu ſequens ſumendum è *veronic.* paratum docet *Otto Rothius* Medicus Ulmenſis:

Recip. enul. ʒij, ſebeſt. jujub. an. nrov. ſalv. *veronic.* hyſſop. ſcabioſ. an. mß, glycyrrh. ℥ß, bulliant. in vini ℔ij usq; ad caſum mediæ partis & f. colatura, quæ aromaticetur cum cinam. ʒ ij & cum ſaccharo dulcoretur.

Aquam *veronicæ* claram ad hunc affectum videre, L. B. poteſt ap. æternum Wittebergenſis Academiæ decus Sennertum lib. 2. Prax. p. 2. c. 4.

CAPUT

Membrum II.

De morbis faucium.

CAPUT UNICUM.

De uſu Veronicæ in Angina.

VEronica quoq; ſtrangulatoriam Anginæ imaginem, lympham ſapore vitioſo inquinatam corrigendo, expungit; loco exempli ponam Religioſum vicini cœnobii, cujus internæ pharingis partes tumore adeo obſeſſæ, ut omni ciborum generi tranſitus præcluderetur, cui oculare profectò adjutorium tulit ſequentis miſturæ creberrimus uſus:

Recip. aq. prunell. *veronic.* an. ℥iij, ſuc. ſemper viv. expreſſ. ℥j, ſir. acetoſitatis citr. diamor. an. ℥ß, ſpir. nitr. rectif. gutt. viij. M. S. miſtur zur Eröffnung deß Schlunds.

Medicus *Otto Rothius* ſequenti unguento eximium aſſignat uſum:

Recip. herb. *veronic.* coq. in ol. lini optime, piſtetur, exprimatur fortiter, hujus expreſſionis Rec. ℥ij, & adde mellis & viſci ſeminis coton. an. ℥ß, eſt expertum unguentum & pone calide quantum pati poteſt ſuper collum.

Huic affectui ſtrenuè etiam ſuccurrit B. *Barth. Wolfhardtus* ſequenti gargariſmate *veronica* inſignito:

℞. malv. *veronic*. an. mj, prunell. m ß, ſtercor. canis ℥ß, coq. in aq. q. ſ. ad tertias decoct. ſumatur ℔j, adde diamor. ℥i ß, alum. uſt. ʒß, f. gargariſmus.

Alium in obſervationibus mstis habet ſic ſonantem:

℞. *veronic*. prunell. viol. an. mj, glycyrrh. ʒvj, ſem. fænugr. lini an. ʒiß, aluminis ℈iß, coq. in aqua q. ſ. ad tertias, decocti accipiatur ℔j, mell. roſ. oxymell. ſ. an. ℥j, f. gargariſmus.

Sequenti cataplaſmate *veronica* fæcundo D. *Georgius Meidelius* juvenem 26. annorum angina fere deſperata laborantem anno 1621. ex voto reſtituit:

℞. herb. *veronic*. malv. an. mß viol. pij, rad. alth. ℥iß, ireos, liquirit. an. ʒij, ficuum p. nroiiij, farin. ſem. lini, fænugr. an. ℥ß, nid. hirund. nroj, M. & coq. cum ſ. q. aq. ad mollitiem, piſtentur & trajiciantur f. cum ol. viol. q. ſ. cataplaſma calide collo admovendum.

Supra laudatus venerandus *Senex* ſæpius vero-

tonica cum aliis utitur in debellanda angina; ſufficiat unum & alterum præſidium in ſcenam producere:

℞. herb. plantag. equiſet. an piij, acetoſ. *veronic.* fol. querc. cydon. an. mß, flor. liguſtr. viol. an pij, cupular. gland. cort. granat. an. ℨiij, rad. pentaphyll. biſtort. an. ℨiiß, coq. in ſ. q. hydromelli, f. com. colat. Rec. ℥xvj, adde oxymel. ſ. ℥j, vini ribium ℥iß, diamor. ℥ij, nitri præp. ℨij, MS. Gurgel-Waſſer. hoc jam ſæpiſſime optimo cum ſucceſſu in principio ſum uſus diſcutiendi gratia.

In inflammatione tonſillarum ſequens egregie repellit & diſcutit;

℞. herb. ſemp. viv. acetoſ. *veronic.* portulac. plantag. ſalv. an. mß, flor. liguſtri, malv. arbor. an. pij, roſar. mß, coq. in ſ. q. aq. f. colaturæ Recip. ℥viij, adde ſir. dialth. ℥ß, ℨij, ſemp. viv. ſ. mell. roſat. an. ℥j, nitri præp. ℨiiß M. f. gargariſma.

Subinde, citra laborioſam præparationem extemporanea unione liquorum deſtillatorum ad inflammationem & nimiam ſalivationem inſervientium utitur quale eſt;

Recip. aq. roſ. plantag. *veronic.* cydon.

ſlor. liguſt. prunell, an. ℥ij, diamor. uſit. mell. roſ. an. ℥ij, nitri præp. ℥ ß, vini ribium ℥iß MS. Gurgel⸗Waſſer.

Idem ſequens anodynum & maturans eligit:

℞. ficuum p. nroviij, herb. *veronic.* beton. ſalv. an. mj, hyſſop. plantag. an. mß, flor. roſ. piij, chamom. mß, rad. lil. albor. alth. an. ℥ß, ſem. lini, fænugr. an. ʒiij, M. inciſ. & contuſ. S. Stück in der Milch zu ſieden.

Sic civi cuidam in angina deſperata hoc ordinavit gargariſma:

℞. canc. fluv. med. magnit. nrovj, expreſſ. fortiter ſucus cui affunde aq. flor. liguſtr. plantag. roſ. *veronic.* an. ℥iii, adde diamor. uſit. ℥ij, ſir. granat. acid. ℥j, nitr. præp. ʒiij, M.S. Gurgel⸗Waſſer/quod experimentum veritati reſpondere etiam egô in ſculteto ſexagenario vicini loci faucium tumore laborante expertus ſum.

In empta remedia quandoq; pretioſa longis ſuperant paſſibus, quod ſequenti declarabo hiſtoria.

Nuperrime colono juveni ex noſtra militia, cum ſubito in admodum difficilem deglu-

deglutitionem, tumoremq; faucium incideret, ſuaſi lac decoctionis *veronicæ* & alb. græci ſæpius tepidè uſurpandum, rupto eadem nocte apoſtemate evomuit materiam purulentam absq; omni moleſtia, ita ut medicamentis aliis non amplius opus haberet, ſed eodem decocto & ulcus mundificavit & conſolidavit.

Doctor *Jo. Wolfgangus Rabus* ſequens gargariſma parat ad hunc morbum:

℞. fol. agrim. prunell frag. plantag. *veronic.* an. mß, paſſ. mm. ℥ß, dactyl. jujub. an. miij, coq. in ſ. q. aq. in qua hord. mj ad crepaturam incoctus fuerit ad remanentiam ℔ii, colat. add. ſir. jujub. mell. roſ. an. ℥iß, è roſ. ſicc. ℥j, M. f. gargariſma. In medio autem ubi jam multa impacta eſt materia præſcribit Excell. D. D. *Friderici* in privato (vox barbara) collegio ſequens:

℞. aq. hyſſop. *veronic.* prunell. an. ℥iß, roſ. ſalv. an. ℥ß, mell ʒv, ſir. mirtin. ʒ iij, ſalis prunell. ʒ ß, MS. Gurgel-Waſſer.

Sic Angina correptis *veronicam* in gargariſmo convenire refert B. Rolefinc. Ord, & meth.

& meth, Coment. p. 672. B. Ettmiller, Op. Pharm. p. m. 83. Curioſiſſ. Paulin. in curioſa Salvia p. 186. Laborioſiſſ. Junckhen in chem. exper. p. 672. not. in Agricolam p. 177. Reuſnerus obſ. 189. pag. 102. ap. Welſch. Sylvius Prax. Med. lib. 1. p. 477. Hartmannus Prax. Chem. p. 264. Cardiluc. in Appendice der Stadt Apotecken p. 434. Gruling. Med. Pr. p. 224. Zobelius in chemiſche Perle p. 72.

Membrum III.

De Morbis Pulmonis & Thoracis.

CAPUT I.

De uſu Veronicæ *in Peripneumonia.*

Εὐπόριστον ad inflammationem utriusq; pulmonum partis Noſtra non inefficax erit, acidum ſcilicet & punctorium characterem, partes membranaceas vellicantem in & evertendo, & ſanguinem coagulatum & congrumatum ſolvendo.

Inci-

Incipiemus tamen, inquit *Brelochius*, ab his quæ ore accipiuntur, ut decocta ſcabioſæ, capill. vener. farfar. *teucrii*, in queis ſit ſucus liquiritiæ diſſolutus; demum & venæſectio eſt celebranda, & ſi nihil horum juvare queat, purgantia porrigito ex El. de man. lenit. de pſyll. cum decoct. elenii & *teucrii* & eſt maximum præſidium ad hunc morbum.

Heic obiter notandum I. iſtiusmodi decocta pectoralia longe ſirubos & ſaccharata antecedere cum, pectus dulcibus non gaudeat, ſed inſipidis magis.

Hinc Doctor Strölin recipit ſaccharum tabarzet Avic. quod non adeo dulce. Deinde II. venæſectionem heic nullo modo ſuadendam eſſe, cum pulmo cum nullis vaſis communicet, ſed ſua propria habeat. Neq; III. prodeſſe per ſe purgantia inprimis fortiora, ne alvus mollis fiat, & ſputum maneat immaturum, ægriq; vires proſternantur, in quarum robore ſalutis ſpes omnis eſt poſita.

Alias ſequens à Doctore *Jo. Meldero* egregie heic deprædicatur:

℞. ſir. violac. flor. papav. errat. an. ℥j. liqui-

liquirit. acetoſ. an. ℥ß, aq. *veronic.* ℥j. ocul. ♋. præp. ℈ iß, M. S. Safft offt ein Löffel voll zu nemmen.

Decoctum ſequens in peripneumonia exhibet D. *Martinus Kettnerus*:

℞. rad. polyp. maj. fol. & rad. herb. *veron.* an. ℥iß, decoq. in ℔iß aquæ mulſæ ad conſumtionem med. partis & exprimatur & ex tali decoctione bibat ægrotus mane & ſero ℥ij calide.

Ruſticus quidam pagi vicini Ilerberg annorum 32. ex longa equitatione frigidæq; potu cereviſiæ inſignem ſpirandi difficultatem, febrem continnam, ſputum cruentum, ſitimq; concitavit, quem ope divinæ bonitatis ſeq. ſublevavimus:

℞. aq. *veronic.* ℥iij, tinct. bez. M. ℈ ij. tinct. anodyn. Wed. gutt. iij, ſir. papav. rhæad. ℥ iij, M. f. hauſtus.

℞. rad. helen. liquirit. an. ℥ ß, herb. ſcab. *veronic.* hed. terreſtr. violar. an. mj. flor. papav. rhæad. pij, coq. in aq. fontan. q. ſ. colat.

℞. ℔iß adde ſir. viol. ſ. ℥ij, M. f. Potio. Miſturam in peripneumonia D. *Jo. Bernhardinus Kellerus* conficit anno 1623. ita.

Rec. Aquæ

℞ ec. Aquæ ſcabioſ. farfar. *veronic.* chæref. an. ℥ij, flor. papav. errat. roſ. burſ. paſtor. tormentill. an. ℥j ol. aniſ. gttv, M. Waſſer vor das Seiten ſtechen und Blut außſpeyhen.

Nos nuperrime pauperem hominem taliter laborantem ex pago Donarieden reſtituimus ſequenti potione:

Recip. aq. *veronic.* ℔j, globul. equin. rec. nroiij, coq. parum & fortiter expreſſus liquor edulcoretur ſir. papav. rhæad, ſæpius calide ſumendus.

Conſule etiam Gruling. Med. Pr. p. 282. curioſiſſ. Scharf. de junip. p. 160. Gregor. Horſt. Obſ. 7. lib. 3. Jo. Agricol. not. in Pop. p. edit. Junckhenii 280. Mynſicht. Arm. Chem. p. m. 333

CAPUT II.

De uſu Veronicæ *in Pleuritide.*

Veronica etiam ſuffocat & prodigiose alterat pleuriſeως impreſſionem, ſanguinemq; coagulatum, cujus vires olim vidimus in fabro ærario annorum circiter 46.

Hic ex cereviſiæ hauſtu frigidæ poſt obambulationem incidit in pleuram furen-

furentem ſpinoſam adeo intolerabilem, ut ob dolorem lateris dextri, tuſſiendi impotentiam, febrem acutam, faſtidiumq; ex medicamentis reſtitutionis ſpes fere nulla appareret, vicinis & amicis dilectiſſimis, ut medicè viveret, eum adhortantibus tandem obtemperat, ſequens cochleatim aſſumit & brevi auxilio noſtri Archiatri fuit curatus:

℞. aq. *veronic.* C. M. an. ℥iß, tinct. bez. M. ʒj, anodyn. Wed. gttiij, ſir. papav. rhæados ℥iij, M. S. Seiten-Tränklein.

Juvenis nuper ſequentibus belle reſtitutus adhibitis adhuc adhibendis absq; tamen venæſectione:

℞. aq. charef. *veronic.* an. ℥iß, raſur. dent. apri ℈j, antimon. diaph. rit. præp. ℈ß, laud. opiat. ferm. gr. ß, ſir. papav. rhæad. q. ſ. M. f. hauſtus.

℞. Aquæ *veronic.* ℥ij, ſalis hyperic. fixi ℈ij, ♁ii diaphor. ℈ß, ſir. C. B. q. ſ.

Quæ miſtura ſæpius intra biduum figuram pleuriſeωs & quicquid rebelle fuit ſuffocavit.

Quis autem ſit ille pleuriticus, cujus vitam ob V. S. neglectam abbreviaverim,

Ari-

Ariſtarchus ille id perhibens alibi ſecundum legum rigorem tractetur, ſiquidem ſufficientem habeo notitiam ipſum convincendi.

℞. herb. *veronic.* mj, flor. papav. rhæad. pij, paſſul. min. m. ℥iij, liquirit. ʒij, cinam. acut. ℈j, inciſ. contuſ. g. m, S. Säckel ins Gerſten⸗Waſſer.

Potionem ſequentem *Barthol. Wolfhardt* efficacem deprædicat:

℞. rad. lapath. acut. ʒj, flor. papap. errat. pij, fol. *veronic.* C.B. c. lactis an. mjß, ung. caballin. mj, ſem. C.B. c. lact. an. ʒiß, uvar. paſſ. ℥j, rad. alth. ℥ß, eryng. ʒij, glycyrrh. ʒiij. coq. colat. add. ſir. glycyrrh. ℥iij, f. potio.

Idem in eodem morbo juveni cuidam Mich. Beck dicto non ſine fructu exhibuit:

℞. rad. alth. liquirit. an. ℥ij, ſcabioſ. far. far. an. miiß, ſtercor. ovill. (quod *Antonida van der Linden* nobile medicamentum ob ſal nitroſum vocat) ℥iß, *jujub.* ſebeſt. an. ℥ß, paſſul. enucl. ℥iiij, ſem. lini ℥j. ſalv. *veronic* an. mj, ficuum ping. nrovj, coq. in aq. q. ſ. ad tertiæ partis conſumtionem, hinc cum melle fiat ſirubus cum baculo glycyrrh. ſumendus.

Pro

Pro viro 43. annorum Doctor *Sebaſt. Bloſſius* pleuritidi laborante præſcripſit:

Recip. flor. papav. rub. mß, aq. deſtill. *veronic.* ℔ß, C. Mariæ, ℥iij leviter coquantur add. ſacch. parum f. Julebus.

In pleuritide Doct. *Georgius Strölin* hoc commendat digeſtivum:

Recip. ſir. viol. jujubin. an. ℥vj, aq. pimpinell. hyper. *veronic.* an. ℥j, M.

Ad invertendum acidum vitioſum in pulmonalibus partibus vitalem confeſtim ſpiritum in dolorificam conjiciens inquietudinem, inſignis eſt ſequens miſtura *veronicata* Doctoris *Joannis Sculteti* junioris:

Recip. Elect. diaſcord. Fr. ʒij, pulv. pleurit. ℈iij, M. S. ℈ iß, aq. *veronic.* q. ſ. MS. Schwitz-Trunck. Pro purgatione in pleuritide cum nob. *Joan. Heniſio* Com. Palat. Cæſ. ſequentem ordinaveris potionem:

Recip. Elect. diaphænic. ʒ vij, aq. *veronic.* ceræfol. an. q. ſ. f. hauſtus. Aſt non niſi ſeptimo die, quidquid in contrarium dicant Rulandus & *Ant. ab Altomari.*

Sequentem vero potionem præmittebat ſæpius iteratam:

Recip. aq. chærefol. *veronic*. tuſſilag. an. ℥ij, ſem. C. M. ʒ iij, f. Emulſio adde pulv. mandibul. lucii, ocul. canc. præp. an. ℈ j, g. anunon. g̃vj, ſir. ſcabioſ. ℥j, M. S. Tränck-lein zum Seiten ſtechen.

Dominus Thomas Renzius Præceptor claſſicus in Gymnaſ. Ulmenſi ex ſanguine redundante impuro lancinante laterali doloreinfeſtatus, cum ſe mihi (*Gregorio Meindelio*) mandaſſet ſequentem potum ſingulis diebus ſemel, neceſſariis non neglectis, aſſumſiſſet, intra triduum dolore penitus profligato ſibi ipſi iterum redditus,

Recip aq. ſcabioſ. C. B. C. M. *veronic*. papav. rubr. an. ʒvj, pulv. dent. apri præp. ʒ j, ſacch. cand. ℥ß, S. Stech-Tränctlein.

Hujusmodi vires abſorbentes etiam obtinet hauſtus quem præſcripſit D. *Chriſt. Fingerlinus* Præfecto vicini Pagi Scharenſtätten, Matth. Linſio:

Recip. aq. C. B. C. M. *veronic*. ſcabioſ. chereſol. an. ʒ vj, pulv. dent. apri, ʒ ß, ſacch. cand. alb. q. ſ.

Cum

Cum Præfectus in pago Fahlen de lateris ſiniſtri dolore eximio, tuſſi ſatis violenta & febricula conquereretur, inſignis Practicus *Jo. Henricus Keck* Phyſicus Lauingenſis inter alia hanc miſturam cum optimo ſucceſſu præſcripſit:

℞. ol. lini ℥iiß, oxymell ſquill. ℥j, aq. papav. errat. *veronic.* an. ℥iß, hyſſop. chæref. viol. an. ℥j, ♁ ſulph. acid. gtt. vij, M. S. vermiſchtes Bruſt-Träncklein/ 2. Löffel voll offt davon zu nemmen.

In Pleuritide notha Rever. PP. Confeſſ. Urſpring. *Bened. Millerus* antea Med. Licent. non intermittit potionem ſequentibus compoſitam:

℞. herb. *veronic.* beton. ſcabioſ. hyſſop. C. B. an. mß, flor. acac. ſambuc. an. pj, rad. helen. liquirit. an. ʒij, ſacch. alb. ℥j, ficuum ping. nrov, concil. contuſ. in 2. Maaß Waſſer/ biß auf anderthalb Maaß eingeſotten/ als oft deß Tags ein warm Trunck gethan.

Recip. ſir. violar. liquirit. an. ʒvj, hyſſop. ℥ß, aq. C. B. tuſſilag. *veronic.* an. ℥ij, ölei aniſi gutt. v. MS. Bruſt- und Stech-Safft Morgens und Abends ein paar Löffel voll davon einzugeben.

Inpri-

Inprimis ſequentem maxime dilaudat potionem, in Pleuritide valde ſeditioſa:

℞. ſpec. decoct. pector. ℥ß, herb. hyſſop. *veronic.* ſcabioſ. an. mß, rad. enul. liquirit. ir. flor. an. ʒj, flor. viol. acac, ſambuc, ā pj, aniſ. fænic. an. ʒ j, ficuum ping. prov. paſſul. m. ℥j, ſacch. cand. ℥j, conciſ. S. Stücke in ein reines Säcklein zu thun/ in 2. Maaß Waſſer/ darinn glüende Linden-kohlen zuvor ſeyn abgelöſchet worden/ zu ſieden/ biß ein gutes Vierteln eingeſotten.

Miſturam ſanguinis coagulatas particulas incidentem habet Timæus lib. 2. Epiſt. 9. p. 559. cujus etiam meminit doctiſſimus Junckhen in Chem. Exp. p. 539. aliam ob effectum maxime commendandam felicitate & candore gravis Thonnerus noſter in Obſ. aureis p. 128. potionem ordinat cuidam hoc morbo oppreſſo Theoph. Paracelſ. Conſil. p. m. 687, decoctum habet Mynſicht Arm. chem. p. m. 380. aquam Dorncreil. Diſpenſ. pag. 12. ſirubum præſcribit antipleurit. Jo. Agricola in Annot. ad Pop. p. m. 350. Loch ſanum & expertum ex *veronica* ſingulare habet dexterrimus Zwölferus Pharm. reg. p. 111. p. 1. Angelus Sala p.

Operum ſ 3. adhibet in pleuritide vomitorium *veronica* auctum, quod indiſcriminatim datum plerumq; molitur Medico periculum, ægroto verò perniciem irreparabilem, cum pulmonibus nihil nocentius vomitorio ſit intempeſtivo. Deinde nihil valet niſi per accidens & quidem in principio, æruginoſum inprimis viis ſtagnans ejiciendo; aſt facto abceſſu vel hoc rupto, quid hoc aliud eſſet quam dilacerando pulmones, venticulum acido vitioſo onuſtum exonerare.

CAPUT III.

De uſu Veronicæ *in pectoris anguſtia.*

QUandoq; ex muco viſcido vaſa pulmonalia obſervantur anguſtata, tunc materiam præparando, incidendo & fluxilem reddendo *veronicata* maximum in uſum inducuntur, in tali caſu non ita pridem Vetulæ, cui res domi erat anguſta, ut de ſequenti decocto ter vel quater de die bibat, ſuaſi:

Recip.

℞. *veronic.* mij, rad. liquirit. ℥ ß, coq. in aq. & aceto an. q. ſ. f. potio.

Miſturam ſequentem in totum liberare anguſtia pectoris affectos, poſt ſe reliquit *Fridericus Fuchſius* Archiater Ulmenſis quondam celebratiſſimus:

℞. oxymel. ſ. ℥j, ſir. de hyſſop. mell. roſ. colat. an. ℥iß, aq. ſtillat. *veronic.* hyſſop. an. ℥j, M.

Pro incidenda materia mucoſa in vaſis pulmonum fere hujus farinæ Miſtura in *Gregor.* Salzmanni msto reperitur ſæpius repetita:

℞. oxymel. ſcill. ſir. calaminth. hyſſop. an. ℥ß, aq. *veronic.* hyſſop. fænic. an. ℥iß, M.

Sequens D. *Barthol. Wolfhard* Georgio Abelin tabellario norico in anguſtia pectoris non ſine fructu exhibuit cum aliis:

℞. *veronic.* mj, ſem. aniſ. ʒiß, polyp. q. ʒ iij, coq. in aq. q. ſ. ad ℔j, colat. adde ſir. hyſſop. ʒ iij, oxymel. ſquill. ℥j, f. julapium.

Illuſtri cuidam puellæ 18. annorum corporis gracilis, anguſtia pectoris per vices affectæ D. *Bart. Moſerus* Practicus Dilingæ experientiſſimus, ſeq. ordinavit:

℞. ſpec. decoct. pectoral. ℥iß, rad. taraxac. pulm. maculat. *veronic.* ſanicul. an. mß, fol. ſen. el. ſ. ſt. ℥j, rad. polyp. q. ʒ vj, agaric. troch. ʒiß, Zing. ℈j, ſem. aniſ. ʒ j, jujub. ʒiij, M. inciſ. Stück in drey vierteln Wein und ein viertheil Waſſers ein wenig zu ſieden auf etlich Morgen abzutrincken.

Si decoctum magis arrideat, invenies ap. Timæum in lib. 2. Epiſt. 13. p. 570. Sal pectorale, *veronica* nobilitatum habet Mynſicht. Arm. chem. p. m. 197. Potionem verò noſter Thonnerus Obſ. 22.32.

CAPUT IV.

De uſu Veronicæ *in ſputo ſanguinis.*

SAnguinis ſputum à lympha nimis acri, aut alia ſimili labe inquinata, ortum, *veronica* noſtra, quocunq; modo exhibita, optime ſanat.

Qui vult adeat Ephem. Acad. N. Curioſ. An. 4. & 5. n. 73. ubi nobiliſſimus Simon Scholzius conditum roborans & conſolidans, *veronica* auctum habet. Acta Hafnienſ.

nienſ. volum. 3. n. 32. ubi Excell. Doctor Lucas Schacht egregium apozema commendat. Quercetan. in Pharm. etiam egregiarum virium aquam habet *veronica* illuſtratam. Fortis conſultat. cent. 2. p. 144. 2. Thiermayer. lib. 2. conſult. p. 142. Willis. de ſput. ſang. p. edit. Lugd. 72. Thomſ. in Acu Magn. chem. p. 171. Fermentum hoc acre & corroſivum partes pulmonales erodens Doctor *Joannes Würcker* Phyſicus olim Ulmenſis non infelix ſequenti condito ex meris alkalinis & nitroſis compoſito optime cotrexit & effectum ſæpius conſecutus eſt bonum, etſi ignorata effectus cauſa eſſentiali:

℞. corall. carab. ſang. drac. terræ ſigill. ſem. plantag. an. ʒ iij, conſerv. *veronic* ℥iiß Zuccar. q. ſ. f. conditum ad formam Elect.

Sequens decoctum Doctoris *Symperti Linſii* Memmingenſis, ubi præceſſit nocturna tuſſis fortiſſima omne abſolvit punctum præſertim, uti Auctor dicit, ſi inprimis quatuor diebus aſſumatur:

℞. fol. *teucrii* querc. hyper. an. mij, ponantur in aq. certæ quantitatis & deinde decoq. ad caſum digitorum trium, tale de-

 coctum

coctum potatum adſtringit vaſa pulmonum. Huic ſimile vide apud Hofm. Theſ. Pharm. p. 41. 42.

Doctor *Barth. Wolfhardtus* civi Joanni S. haz hæmoptico porrigit potionem ſeq. *veronica* honeſtatam:

℞. r. d. conſolid. maj. alth. torment. an. ʒ ß. rad. filipend. ℥j, *veronic.* mß, coq. in aq. q. ſ. ad ℥x, colat. add. ſir. de papav. rhæad. ℥j, f. potio duorum hauſtuum.

In rejectione ſanguinis ſequens laudat medicamentum inſignis Practicus *Jo. Bernhardin Keller*:

℞. aq. ſcabioſ. farfar. *veronic.* chæref. an. ℥ij, flor. papav. err. roſar. burſ. paſtor. torment. an. ℥j, ol. vitriol. gutt. v. M S. Waſſer für das Blut außwerffen.

Caupo agreſtis quidam poſt reconvaleſcentiam votum concipiens ſub æſtu ſolis obibat ſacram peregrinationem; hic cum à via aberraſſet ſitibundus pro lubitu hauriebat aquam ex fonte in quodam monte oriente, aſt eodem die laſſitudinem & pulmonum anguſtiam, circa veſperam tandem ſanguineum ſcreatum, imo copioſam interdum floridi ſentiebat ſanguinis rejectio-

nem

nem, vomitus conſilio Ruſtici cujusdam vini aduſti potu ſiſtitur.

Delato iterum ad ſuos quinto die admodum debili & denuo ſanguinem per vices eructanti vocatus proſcripſi, immodicam ſanguinis effervescentiam cohibentem, particulas acres temperantem & laxa vaſorum oſcula modicè conſtringentem miſturam ſequentem:

Recip. Aquæ hyperic. pentaphyll. *veronic.* an. ℥j, ſang. dracon. ℈ß, coral. r. præp. ʒß, laud. opiat. ferm. gii, ſir. papav. rhœad. q. ſ. M. f. potio cochleatim ſumenda.

Ad ſitim compeſcendam dedi:

Recip. Phlegmat. vitriol. ℔i, ſir. *veronic.* ℥iß, M. quibus adhibitis, ſanguinem vero grumoſum diſſolventibus non neglectis, mortem effugit. Alias liquor herbæ *veronicæ* in aqua centinodii 24. horas maceratæ & fortiter expreſſæ majus præſidium in ſputo ſanguinis calide aſſumtus dabit quam ullum aliud.

IF

CAPUT V.

Porro videatur Venerandus Pater *Thonnerus* lib. 3. obſ. 2. Gruling. Pr. Med. p. 276. Höferus Med. famil. pag. 68. Rolef. lib. 5. Conſul. 6. Ord. & Meth. com. p. 700. 703. 707. Paracelſ. Conſ. Med. p. m. 689. Riverius in Oper. Med. pag. 317. Millerus Mirac. chem. p. 137. Burnet. Theſaur. Med. lib.

lib. 14. p. 452. Balth. Timæus à Goldenklee Op. Med. p. 410. 418. Reuſnerus in Obſ. 62. ap. Welſch. & obſervatt. 61. p. 34. 37. Timæus, p. 86. 87. 418. 432. 540. Rolefinc. Chem. p. 129. Zuelf. Pharm. Reg. p. 19. 90. 185. 239. 240. Thiermayer l. 2. Conſult. p. 117. 116. 118. 119. 121. 122. Bateus Pharmacop. p. 32. Mermannus. Conſult. Med. l. 2. p. 135. Bonet. Med. Septentr. P. 1. p. 400. 401. Wepferus de cicut. p. 269. Gelmannus Chirurg. Trifol. p. 326. Jo. Francus lib. de Signatura p. 24. Freitag. tract. de opio Ephem. Germ. Curioſ. dec. 2. ann. 7. obſ. 94. Thonnerus ibid. p. 132. le boe Sylvius Pract. Med. l. 1. §. 22. p. m. 196. Hoffman. Theſaur. Pharmac. p. 9. 93. Ettmiller. in Schröd. diluc. p. m. 73. Mynſicht. Arm. Chem. p. m. 298. 299. 301. Grimmius Comp. Med. p. 125. Cardiluc. Anhang der Stadt Apotecken p. 437. Tom. 1. cap. 55. Willis. de diaphor. p. edit. Lugd. 12. Mangett. in Oper. Barbett. p. 77. Bened. Theatr. tabidorum p. 192. Konig in Com. Ludov. pag. 65. 104. Schröd. Pharm. Med. p. m. 143. lib. 2. & 147. 215.

CAPUT IX.

De uſu Veronicæ in Rachitide Anglorum.

HUc pertinet Anglorum Rachitis, quem affectum alii Tabem pectoream infantum nominant, eſtq; nil aliud, quam inæqualis ſuci nutritii diſtributio, ob cujus defectum vel ſuperabundantiam partes aliæ nutrimento privatæ marceſcunt ac emaciantur, aliæ verò plus ſatis nutritæ in molem juſto majorem augentur.

Pauciſſimi de hoc affectu ſcripſerunt; hos inter *Arnoldum de Boot, Gliſſonium, Mayovv, Sydenham*, & *Boyle* fere primos nomino, quibus merito annumerandum cenſeo Curioſiſſimum *Andromachum* qui etiam in Haſſia iſtiusmodi affectum obſervavit.

Nos, cum hunc noſtr. Ephemerides prætereant, paucis nonnullos *veronica* auctas formulas *Lectori Benivolo* more recepto monſtrabimus; videantur hinc *Gliſſonius* Tractat. de *Rachitide* qui apozema, potum ordinarium, juſculum, cataplaſma & unguentum *veronica* honeſtatum, *Mayovv* Tract. de Rach. vero aquam deſtill. eadem nobilitatam, habent.

SECTIONIS II, *PARS III.*

DE USU VERONICÆ SPECIALI

In

Morbis Infimi ventris,

Cujus

Membrum I,

De morbis ventriculi.

CAPUT UNICUM.

De uſu Veronicæ *in Dyſpepſia & Bradypepſia.*

CUm *noſtra* ob particulas amaras & ſimul adſtringentes, acidas & æruginoſas abſorbeat, in affectibus ſtomachi præcipue his regnantibus ſæpius vel ſola vel cum aliis ſumta efficax ſatis erit, hinc vomitum temperando acidum ſiſtit, parietes roborat, ardorem & ructus acidos ſolum *veronicæ* folia maſticando & comedendo refrænat & dolorem clamoſum quaſi incantat.

Ab his particulis acribus ventriculum expedit id, quod invertendi & imbibendi vi præditum eſt, ac roborat quodammodo uti eſt ſupra citati Senis & annis & vita gravis, Miſtura ſequens ſtomachica, cui *veron.* additur accepta conſtitutioni vitalium:

℞. aq. magiſtr. *veronic.* aniſ. fænic. an. ℥j, ſtomach. Horſt. ℥iß, ſpir. roſ. ʒiij, Elix. vit. M. ʒiß, man. chriſt. perlat. ʒv, M. f. potio cochleatim ſumenda.

Similem huic potionem Doctor *Joannes Scultetus* olim Decus florentis Collegii Ulmenſis cuidam ordinavit, expanſivis & fragrantiſſimis particulis archæum immediatè illuminantibus nuptam:

℞. Elix. vit. Matth. ℥j, aq. ſtomach. H. ℥ij, *veronic.* ℥iß, ſpir. vitriol. ℈ß, ſacch. alb. ʒvj, Miſce.

Vomitum Matronæ gravidæ ſimplici hac potione profligavimus non ita pridem:

℞. aq. *veronic.* ℥ij, roob. paſſul. min. ʒvj, ſolv. & colaturæ add. aq. maſtich. F. embryon. an. ℥ß, M. fiat potio.

Vir 24. annorum morbo δυσπεψίᾳ correptus cum Deo breviter in integrum reſtitutus.

2. Eme-

1. Emetico antimoniali, cujus virtus tamen quod notandum, ab acido, ni fallor, ventriculi exceſſivo caſtrata deorſum movebatur.

2. Vino medicato *veron.* conſpicuo quod

℞. rad. pimpinell ℥vj, cinam. ʒ iij, caryophyll. Zedoar. an. ʒ ij, herb. menth. *veronic.* an. ɱj, ſem. hyperic. ʒj, nodulus ſericus albus S. Weiſſer Gebändtel in Wein zu hengen.

D. *Joannes Heniſius* multis in βραδυπεψίᾳ præſentiſſimum fecit levamen, ad futuram ſanitatis figuram, hoc vino medicato:

℞. herb. abſinth. C. B. *veronic.* eupat. an. pij, flor. cord. pj, rad. polypod. q. ℥vj, cichor. enul. ireos, an. ℥iij, fol. ſen. el. ℥iß, agaric. alb. ʒv, rhab. el. ʒiij, tartar. alb. ʒ j, Zing. ʒß, galang. ʒj. inciſ. & contuſ. d.

Nuper ad virum annorum 45. vocatus ex emetico intempeſtivè ſumto vegetabili octo dies continuos evomentem, miſtura ſequenti vomitum quidem reſtænavi, aſt phthiſi ex ſtomacho, quam nullo modo propulſare valui brevi è vivis ſublatus fuit:

℞. aq. *veronic.* ℥ij, ſuci cydon. ℥j, Elix. PP. ſ. acid. ʒj, ☉ i ♌ ri chamom. ſacch. impregn. gr. j, laud. opiat. gr. ij, ſir. cydon. q. ſ. M. Ad digeſtionem juvandam mirificè inſervit vinum *veronicæ* cum granis maſtich. decoct. à menſa ſumendum.

Clyſterem *veronicæ* condecoratum parat Timæus à Güldenklee p. oper. med. 607. Nodulum Grüling 3. obſ. 69. & Apozema in vomitu diuturno Dn. Cl. ſſ. Theodor. Craan in obſ. med. lib. 3. obſ. 9. p. 438.

Membrum II.

De morbis inteſtinorum.

CAPUT I.

De uſu Veronicæ *in colica & adſtrictione alvi.*

QUando chylus vel ex vitio ventriculi ſive bilis oleoſitate ſive ſuci pancreatici vitioſo charactere aceſcit, auſterum facile efferveſcens & flatuoſum gas hinc excitat, tunc fibras inteſtinorum ſpaſmo contrahit & dolores ventris excitat, has

autem

ſcutem irritatas & ſpeciatim plus minus contractas alvi tarditas vel omnimoda retentio ſequitur; Heic omnem facit paginam *veronica* ob vim alkalinam, cui adſtipulatur etiam Magnus *Crato*, hinc in clyſteribus ſemper reſpondet, ut vix dari exiſtimem quoddam vegetabile, quod noſtræ tali in caſu præripere palmam queat.

Si laudare & heic fas eſt meam qualemcunq; experientiam, magna memini præſtitiſſe me in viro colica & adſtrictione alvi contumaciſſima per decem dies miſerrime afflicto ſpiritu noſtro phyſogona in *Caſtoroleg. B. Marii* pag. 100. deſcripto & enemate ex ſolo decocto *veronicæ* aliquoties applicato, ſibi ipſi redditus eſt feliciter cum admiratione illius qui rerum ſacrarum cauſſa vocatus & vicinorum utplurimum iſtiusmodi præſidia ſtolide pro ultimo & deplorato habentium, quod Excell. Curioſorum *Oribaſius* Fautor & Amicus honoratiſſimus pluribus etiam verbis reprehendit, Ephem. Ac. Cur. Germ. Dec. 2. ann. 2. n. 152.

Et ruſtico 50. annorum circiter ex pago vicino Nærſingen colica jam bis vehemen-

ter correpto propinavi non ſine ſucceſſu bono potionem ſequentem:

℞. ol. lini puriſsimi ℥ iß aniſ. deſtill. gtt. vij, decoct. *veronic*. q. ſ. f. hauſtus.

In colica cum alvi conſtipatione nobili fæminæ præmiſſo enemate, hanc potionem exhibuit laxativam Doctor *Joannes Kellerus* Practicus feliciſſimus olim:

Recip. ſir. de rhab. diaſer. an. ℥ j decoct. *veronic*. in quo rhabarb. opt. ʒ j, per noctem maduerit ℥ iij, f. potio aromatiſetur modico aq. cinam. Religioſus quidam colica valde obnoxius, ſuaſu meo frequenter ſibi parat cereviſiam *veronicatam* & jam ſaniſſime vivit, ſexennium eſt, quo eodem cruciatu afflictus fuerit.

Hinc viliſſima quandoq; & domi nata exoticis & pretioſis longe præſtant magisq; voto noſtro ſatisfaciunt quam minus probata, quæ tamen citra neceſſitatem multis obtrunduntur, quaſi cardo ſalutis noſtræ in ampullis & in pollturis eorum, qui nos emungunt verſaretur, ut cum *veriloquo Arione* loquar.

Memini me nuper opifici cuidam eodem morbo laboranti ſubveniſſe ſequenti:

Recip.

Recip. herb. alſin. rec. *veronic.* mar. rec. an. mij, contuſ. aff. vini alb. opt. cochl. v, expreſſio fortis cali dedetur.

Sequentem duritiem alvi pertinacem in viro quodam poſt alia ſuſtulit D. *Bartol. Mercklinus*:

Recip. herb. *veronic.* mß. ſem. aniſ. ℥iiß, ſenn. ℥j, thuris ʒj, ſpod. ℈ß, M. f. decoctio ad ℥iiß, ſir. diaſer. ℥iß, ol. amygd. d. ʒ vj, M. f. potio.

Periculoſiſſima etiam colica cum fæcum retentione pertinaciſſima Nob. *Schulz.* Ephem. A. N. C. G. an. 3. n. 150. recenſita fuit quam neque anodynis neq. purgantibus neq; carminativis internè & externè applicatis componere potuit, tandem ultimo ad manus ſumtam potiunculam *veronica* conſpicuam exhibuit, qua omnem dolorem feliciſſime diſtulit.

Iſtiusmodi potiunculam etiam *Simon Pauli veronica* auctam in colica ab oxygalæ uſu excitatam curavit Act. Haſn. volum. I. n. 87.

In torminibus infantum cum flatibus & porraceis dejectionibus olei *veronica* uſus additis aliquot aniſi guttulis ſi calide venter

eo inungatur, in removendis imbecillitatibus tumultuoſis ac torminificis ſigillis ventri & ſubjacentibus partibus impreſſis, præclarus exiſtit & nullam infert excoriationem. Sirubus à *Bartol. Wolffhardto* ponitur qui:

℞. rad. fænic. ℥iß, *veronic.* mj, ſem. rutæ, portulac. an. ℥ß, ſem. anil. ℥iß, uvar. paſſ. ℥j, polypod q. ℥ß, nuc. moſ. h. cinam. an. ʒ ij, angelic. Zedoar. an. ℥ß, coq. in aq. q. ſ. ad tertiæ partis aſſumtionem, colaturæ addatur ſacch. q. ſ. ad ſirubi conſiſtentiam.

Idem enema cum *veronica* deſcribit in adſtrictione alvina & chordapſo:

℞. herb. malv. mercur. pariet. *veronic.* an. mj, flor. ſambuc. pij, fol. alth. betæ, verbaſc. an. miß, ſem. lini, fænugr. an. ℥ß. bacc. laur. junip. an. ʒ ij, colocynth. ℈j, coq. in aq. q. ſ. ad ℔iß, col. adde Elect. finit. ℥ß, de bacc. laur. hier. cum agaric. an. ʒiij, ol. lini ℥iß, ſalis culin. ʒj. f. clyſter.

Idem Domino *Sebaſt. Liebero* in eundem morbum incidenti ordinat ſeq. balneum:

℞. rad. alth. ℔j, fol. malv. *veron* an. miij, chamom. melilot, parietar. an. mij, ſem. fænugr. ℥j, lini ℥ß, coq. in aqua, in qua

rapæ

rapæ alb. inciſ. nroiiij coctæ fuerunt, f. balneum.

Idem filiolæ Gabrielis Mayers buccinatoris in cruciatu ventris appoſuit:

℞. menth. mj, *veronic.* flor. chamom. an. mß, furfur. miß, ſem. aniſ. cumin. an. ʒij, caryophyll. ʒß, f. ſacculus calens ventri apponatur.

Præter hæc videatur *Thonnerus noſter* obſ. Med. p. 160. Scultetus Arm. Chirurg. P. 2. p. 6. Horſtius 4. obſ. 13. Crato lib. 1. conſ. 10. lib. 6. conſ. 99. Sennertus P. 2. lib. 3. Sect. 2. c. 11. pag. 267. Rolefincius lib. 7. conſult. 3. pag. 680. Höferus Med. famil. pag. 644. & 712. Oſiander in Diſſert. pro Gradu de floribus p. 26.

CAPUT II.

De uſu Veronicæ *in cholera & dyſenteria.*

IN Cholera humida & dyſenteria, quando ſuccus ventriculi fermentalis degenerat & archæus inteſtinorum à cauſſa occaſionali

nali ſeu materiali furibundus redditus, tunc *veronica* non inutilem præſtat operam, ob alkali volatile, quod illi ineſt & cauſam occaſionalem, ſcilicet lympham acrem corrigit, correctum roborat, inprimis ſi cum aliis ſocietur, egregium tunc habebis medicamen.

Miles præterita hieme ob nimiam vini aduſti ingurgitationem graviter cholera humida laborabat, cui pro Archæo compeſcendo & acidorum ſalium cuſpidibus ventriculo & inteſtinis adhærentibus obtundendis corrigendis maximo cum emolumento ordinavimus:

℞. aquæ *veronic.* ℥ij, cryſtall. præp. ℈j, coral. r. præp. ℈ß, theriac. vet. ʒij, MS. abſorbir- Tränckein.

Italo defluxione cruenta in febri maligna laboranti dedimus:

℞. fol. querc. *veronic.* an. mißß, coq. in ſ. q. lactis vaccin. colat. ℞ ℥x, ſevi hircin. ℥iß, vitell. ovi no iiij, ſacch. thom. ℥ij, alb. græc. ℥j. M. pro 2. vicibus f. Enema.

Viro ſeptuagenario acidulas bibenti ad nimiam alvi fluxionem & virium debilitatem D. *David Verbezius* ſeq. ordinavit:

Rec.

℞. C. C. coral. r. præp. margar. præp. an. ℈j, aq. *veron.* ℥j, centinod. ʒ vj, cinam. plantag. an. ℥ß, vini cotoneor. ℥ i ß. M. Hinc Senibus imprimis imbecillis ventriculi non adeo conveniunt acidulæ, cum iisdem cuſtos vigoris ventriculi à luciditate & regularitate, quam oportet in eo eſſe, alienetur ac utplurimum ſequatur idæa hoſpitis violenter intruſi, conveniens, h. e. promiſcua & boni & mali exturbatio & quandoq; mors, ceu hiſtoriæ teſtantur.

Bartol. Wolfhardtus enema cum *veronica* in cholera præſcribit Domino Jacobo Hörelin Magiſtro Ærarii:

℞. *veronic.* mj, mercurial, violar. malv. an. miß, abſinth. menth. cent. min. an. mj, chamomill. melilot. an. mß, agaric. alb ℥ß, coq. in aq. q. ſ. ad ℔iß, colaturæ addantur Elect. diacathol. ℥ß, diaphæn. ʒj, tryph. perſic. ʒiiß, ol. aneth. ℥iij, f. Enema.

Fabro lignario cuidam dyſenteria & torminibus graviter ex hauſtu frigidæ æſtivo tempore laboranti, pro requie D. *Jo. Wolfg. Rabus* ſeq. conditum ordinavit:

Recip. conſerv. roſ. r. diacydon. ſ. roob. *veronic.*

veronic. an. ℥j, cort. citri cond. ʒvj, coral. r. præp. ʒj, nuc. cond. ʒij. brod. earund. q. ſ.

Difficilis iſtiusmodi curatio fit, nam hac ratione lýmpha fermentativa ex plicis ſtomachi ad inteſtina propellitur, ſtomachus debilitatur, inteſtina laxantur & ſæpicule alvinæ fluxiones contrahuntur lethales, ceu nupero juveni peregrino in diverſorio quodam faſtidioſe carnem edenti evenit, qui poſt nimiam corporis dein commotionem tempore caniculæ æſtuoſo, ingurgitationi aquæ & cerevifiæ obvenienti maſcule indulgens lethalem cum ſingultu maculisq; lividis induxit dyſenteriam.

Ad fluxiones inhibendas egregiam locat operam liquor & extractum ſtipticum *Fauſti* PP.

Recip. rad. ſymphyt. m. biſtort. torm. an. ℥j, herb. centinod. millefol. *veronic.* pyrol. ſanicul. burſ. paſtor. an. mj, ſumit. rub. lentiſc. an. mß, gran. ſumach. myrtill. ſem. plantag. berber. acetoſ. portulac. papav. alb. cydon. an. ℥ß, fol. nymph. roſ. rubr. verbaſc. an. pij, contuſ. & miſta omnia macerentur per iiij dies in ſuc. plantag. portulac. acetoſ. agrim. depur. an. ℔ij, deinde for-

titer exprime his adde ſuci acac. hypociſt. an. ℥ij, terr. ſigill. boli armen. an. ℥ß, denuo maccrentur per iiij dies deinde per ciner. deſtillentur, ſtillatitius liquor per miſtis fæcibus ſimul atq; iterum affundatur ut tincturam eliciat, ex qua Tinctura deſtill. aqua, deinde in fundo extractum remaneat, tunc extractum & aquam ad uſum ſerva.

Uxor cujusdam Textoris annorum 34. paſſionibus ſic dictis uterinis valde obnoxia, ex ſumto à quodam medicaſtro, vernalibus præteritis diebus purgante, in dyſenteriam incidit, cui ego ad *Gaſteronacis*, ceu amat loqui Curioſorum *Andromachus* infirmit.. cin à particulis hamatis & ſagittatis quaſi inductam feliciter præſcripſi:

Recip. aq. hyperic. ℥ij, *veronic.* maſtich. F. an. ℥j. Elix. PP. ſ. a. ʒj. laud. opiat. ferm. gii, roob berber. q. ſ. f. Miſtura.

Vinum medicatum legi poteſt ap. Hildanum lib. 1. de dyſent. c. 21. ibidem etiam reperitur decoctum pro potu *veronica* auctum. ſirubus dyſentericus videatur ap. Mynſicht, Arm. Chem. p. 265. egregia etiam eſt miſtura Simonis Paulli venerabilis Senis ap. Bonetum in Med. Septentr. P. 1. p. 532.

p. 532. aqua dyſenterica b. Hofmanni Theſaur. Pharm. p. 25.

CAPUT III.

De uſu Veronicæ *in Hernia.*

DEprehenſa eſt etiam noſtra efficaciſſima externe ut irritatio duritiei occaſio reſolvatur & repoſitis inteſtinis abſorbtis acidis particulis conſolidatio & conglutinatio fieri poſſit.

Sic Doctor *Scultetus* junior Medicus meliori fato dignus virum quendam hernia laborantem inq; cachexiam quaſi tranſientem ſequens medicatum ordinavit vinum:

℞. rad. cichor. irid. an. ℥ iiß, herb. abſinth. mj, cent. min. pß, agrimon. ſcolop. *veronic.* an. pj, ſem. hyperic. ʒj, fol. ſen. alex. ʒiß, agaric. rec, troch. ʒvj, turpeth. alb. gummi ʒiiiß, ſem. cartham. contuſ. ℥ iiß, aniſ. fænic. an. ʒj, macis, calam. arom. cort. citri an. ℈ß, paſſul. m. ℥ vj, crem. tartar. ℥ ij, inciſ. f. ſacculus, zu einer Maaß Meth.

Doctor

Doctor *Jo. Bernhardin. Kellerus* repoſitis inteſtinis quoad ſecundum ſcopum ut peritonæum iterum conglutinetur, hoc decoctum ordinat:

℞. herb. alchimill. ſanicul. conſolid. min. agrim. cynogloſſ. plantag. maj, pyrolæ, *veronic.* an. mß, ſem. myrtyll. ℥ j, fænic. ʒj, rad. ſymphyt. maj, polyp. q. liquirit. an. ℥ß, inciſ. ad ſacculum album ſericum,

Doctor *Fingerlinus* pro uſu continuo ſequentem pulverem commendat:

℞. pulv. herniar. ling. ſerpent. perfoliat. ſaxifr. *veronic.* rad. conſolid. maj. an. ℥ ij, ſem. naſturt. ʒj, plantag. ʒß, ſacch roſ. q. ſ. f. pulvis guſtui gratus,

Enema D. *Sebæſtianus Stromayerus veronica* clarum exhibet;

℞, rad. alth. ℥j, fænic. irid. an. ℥ vj, herb. perfoliat. ſanic. *veronic.* an. mß, ſummit. aneth. melilot. chamomill. an. mß, fol. ſen. ℥ vj, ſem. lini fænugr. an. ℥ß, aniſ. fænic. an. ʒj, f. decoctio in ſ. q. aq. ad tertias, colentur ℥x quibus adde El. roſ. M. ℥j, mell. roſ. ſolut. ʒvj, ol. violac. ℥ij, vitell.

unius

unius ovi M. pro enemate, quæ tamen caute ſunt adhibendæ, cum enim prolapſus ſit recens & nondum gravia affligant ſymptomata, tunc clyſter non temere infundendus, ne forſan una cum inteſtino in ſcortum deſcendat & malum augeat, docentibus Præceptoribus & experientia.

Alias in Herniis infantum ſeq. pulvis maximæ ſane eſt efficaciæ, cum præter vim præcipitantem etiam flatus, mire hernias exaſperantes, obſervet:

Recip. *veronic.* ℥ij, rad. ari præp. hirund. an. ℥j, ſem. naſturt. perfol. aniſ. an. ℥iß, M. f. pulvis ſubtilis. Confer heic notabilem pulverem quod refert Oculatiſſimus Anatomicus Aretæus Eph. Acad. N. C. G. dec. 2. an. 1. n. 118. item Clariſſ. Bonet. Med. Septentr. lib. 3. ſect. 15. cap. 25. p. 618. 1. Reuſner. ap. Welſch. obſ. 105. p. 53.

CAPUT

CAPUT IV.

De uſu Veronicæ *in vermibus exturbandis.*

QUod lumbrici lumbricos expellant Clariſſimus *Langius* in Aphoriſm. Hipp. illuſtratis mstis arbitratur, quod vero ante expulſionem lumbrici ex lumbricis aſſumtis fiant, plures etiam dicunt; nos intactas haſce opiniones relinquentes hac vice, ut vermes ex alimentis ſemidigeſtis ſemine ideali verminoſo imprægnatis orti enecentur & per fætentem expellantur camerinam, amara, putrediníq; reſiſtentia eligemus, quæ inter jure *noſtram* nominamus *herbulam*; & licet non ſemper expellat, tamen talibus, ut magis talis reddatur jungi poteſt, cujus vires experta nuper piſtoris uxor cui dolorem ſemper circa umbelicum ſentienti potionem dedi ſequentem:

Recip. vini decoct. *veronic.* ℥iij, pulv. gialap. reſin. ℈i, crem. tartar. ℈ ß, ſcam. ſulph. gvij, antimon. diaphor. g̃iiij, ſir. de cichor.

cichor. cum rhab. ʒ iij, M. qua ſexies copioſe dejecit & tandem lumbricus duarum ulnarum ulmenſium eſt expulſus cum remiſſione doloris.

Mihi adſtipulatur D. *Jo. Vogt* loimicus Med. quondam Ulmenſis celeberrimus, qui anno 1545. Vito Fingerlin lanifico ad enecandos & expellendos lumbricos hanc potionem præbuit:

℞. rhab. ſelect. ʒ ij, ſpic. nard. gr. vj, agaric. troch. ʒj, macerentur in aq. graminis & pauco vino albo horis xij, deinde exprimantur & colentur, adjiciantur Elect. hamech. ʒiij, cathol. diaphænic. an. ʒij, ſir. de limon. malis ℥ß, & cum decocto abſinth. hyper. *veronic.* & polypod. q.ſ.f. potio.

Conſentit D. *Jo. Nicolaus Bloſſius*, qui Jo. Ulrici Kindsvatteri conjugi vermibus infeſtatæ ſequentem nodulum exhibuit:

℞. fol. abſinth. noſtr. ſcord. *veronic.* an. pj, rad. dictamn. alb. ʒ ij, polyp. q. ℥ß, ſen. ʒvij, rhab. agaric. troch. an. ʒj, ſem. ſantonic. galang. an. ʒß, paſſul. m. ʒvj, inciſ. d. ad ſacculum.

Sic D. *Jo. Chriſtophorus König* folio vermibus ſcatenti propinavit:

℞. aq.

℞. aq. centinod. ℥j, hyperic, *veronic*, ceraſ. nigr. an. ℥ß, mell. roſ. ſolut. ʒ iij, corallin. ʒj, ſem. Santonic. C. C. uſt. præp. an. ℈j, M.

Vide porro Clariſſ. Bonet. P. 2. Med. Septentr. p. 477.

Membrum III.

De morbis Hepati & Lieni dicatis.

CAPUT I.

De uſu Veronicæ *in cachexia icteritia.*

VEronica noſtra etiam acidum auſterum primarum viarum fermentum corrigit & bilis vitiatæ craſin, ductum biliarium obſtruentem, icterumq; cauſſantem reſtituit.

Euporiſton in hoc morbo Doctoris *Karoli Eccoldi* eſt:

℞. aq. endiv. ℔ij, herb. *teucrii* m ß, rad. eupator. rad. bugloſſ. rad. cichor. an. ʒj, lign. aloes, cinam. croc. an. ℈j, bulliant inſimul usq; ad conſumtionem tertiæ par-

tis æqua deinde ℞. colaturæ ℥iij, roob juni; er. ʒvj. M. & fiat potus & detur patienti per novem dies continuos.

Similis potionis Doct. *Leo Wolfhard* in Msto mentionem facit, in ictero maximè proficuæ;

℞. marrub. frag, *veronic*. abſinth. camomill. endiv. cicoreæ an. pij, rad. cyclam. fænic. petroſel. an. ʒ ß, ſem. aniſ. pj, inciſa coquantur in aq. deinde colentur & adde ℥iiij, ſir. de epithym. byzant. an. ℥ß, oxymel. ſquill ℥j, M, aſſumantur 15 dies continuos, interpoſita interdum levi purgatione. Sequentem *Bartol. Wolfhardt* tradidit cui *veronica* digne additur;

℞. rad. fænic. rub. tinctor. apij an. ℥j. cichor. petroſel. an. ℥ß, marrub. agrim. *veronic*. cuſcut. fumar. eupator. an. mj, rad. chelid. maj. ʒv, cort. tamariſc. ℥iß, bacc. junip. ſen. alex. an. ℥j. polyp. q. ʒvj, rhab. el. ʒij, cort. citri ʒ iß, ſem. aniſ. ℥ ß, cinam. ʒj, coq. in aq. q. ſ. ad ℔iß, col. adde ſir. de epythym. oxymel. ſquill. an. ℥ij, f. potio.

Conjux Mercatoris gravida 36. fere annorum ab ira adeo commota, ut ultimo geſtationis menſe in dejectionem appetitus,

cardi-

cardialgiam, laſſitudinem totius corporis absq; tamen febre, alvi obſtructionem, oris amarorem, gravitatem in dextro latere & tandem fædiſſimum icterum incideret, cui ego ſequens decoctum proſpero ſucceſſu ordinavi;

℞. rad. cichor. chelidon. maj. an. ℥ß, herb, *veronic.* marrub. fragar. an. mß, tartar. alb. fol. ſen. an. ℥ß, paſſul, m. m. ℥ij, inciſa coq. in aq. & vino ſ. q. an, *ω*. decoct. ℔ iß, & detur alternis diebus hauſtus brevis.

Hiſce rite obſervatis & uſurpatis affectus ſigna omnia diſparuerunt & paucis diebus poſt feliciter peperit filium jam ſuperſtitem.

Etiam opificis juveni ovum cum pulv. *veronic.* ʒij, croc. ſtercor, anſer. an. ʒ ß, in butyr. frixum devorandum ſemel in die datum optime contuliſſe, teſtis ſum.

Georgio Franco Ruſtico primario in pago Köz febricitanti & icterico Doctor *Meindelius* feliciter ſequentem deſtinavit nodulum:

℞. herb. abſinth, mß, C. B. fumar. cuſcut. *veronic.* cichor. agrimon. an, pj, rad. v. aperient, cichor. an. ʒj, flór, borrag. lupul,

an. pj, fol. ſen. alex. ʒvj, agar. troch. ʒ iij, mechoac. ʒ iiß, Zing. cinam. galang. an. ℈ij, M. concil. & contuſ. f. nodulus ſericus.

Commendat D. *Bartol. Wolfhardtus* ſeq. potionem ad icterum nigrum, nec *veronica* deſtitutam:

℞. rad. filicis ʒij, gentian. chelid. maj. polypod. q. an. ʒ iiß, marrub. *veronic.* ſalv. cuſcut. epithym. an. mß, ſem. urtic. aniſ. an. ℥ß, bacc. junip. mß, cinam. ʒij, coq. in aq. q. ſ. ad ℔j, colat. adde ſir. epythym. oxymel. ſquill. an. ℥iß, f. potio.

Idem ad Icteritiam avertendam ſeq. potionem Petro Feurlino J. U. D. præſcribit:

Rec. agrim. *veronic.* an. miß, verben. miij, nuc. moſch. ʒj, in vino albo ℔ ß, ſtent viginti horis aq. fervida poſt colentur & rejectis his, novæ herbæ imponantur & ſic ter repetatur, f. potio.

Domino M. Balthaſ. Kernero Paſtori Xenedochiali in eodem affectu an. 1570. ordinat ſeq. julebum:

Rec. ſir. fragar. cich. *veronic.* byzant. an. ℥j, aq. frag. betul. an. ℥vj, f. Julebus.

Nodulum videſis ap. famigeratiſſimum Danum in Ciſta Med. loc. 40.

CAPUT

CAPUT II.

De uſu Veronicæ *in Hydrope.*

NOſtra cancellat etiam characterem hydropis, forſan ob ſal ejus alkali nitroſum ratione cujus obſtructos reſerat renes, ſuperfluum ſerum per vias urinarias naturaliter expurgat, viſcidas mucagines reſolvit, acida potentiſſimè abſorbet & temperat, ſicuti alias ex Præceptoribus multiplicíq; experientia novimus ſalia hæcce nitroſa plurimum in hydrope poſſe.

Quo nomine Doctor *Joannes Kellerus* pro eadem intentione ſal ſuum hydropicum dilaudat: quæ

Rec. ſalis lixivialis abſinth. C. B. cent. min. junip. *veronic*, acutell. an. ʒij, M. f. pulvis.

Potionem *Bartol. Wolfhardus* viduæ Domini Joannis Pferſichſteins ad anaſarcam deſcribit:

Rec. rad. enul. azari an. ℥ß, ſalv. eupator. cich. *veronic*, cuſcut. an. mj, ſem. cartham. aniſ. petroſelin. an. ʒiij, rhab. el. ʒij, gran paradyſ. ʒ ß, macis ℈ iiß, coquantur

in vino odorifero q. ſ. colaturæ adde ſir. Byzant. ℥iij, f. potio.

Noduli ab Auctoribus varii proponuntur, ſufficiat heic unus & alter, quorum priorem D. *Chriſt. Fingerlinus*, alterum D. *Joannes Heniſius*, utrumq; pro lotii remora & debito viſcerum tono uſurpandum proponit, *Fingerlini* decoctum tale eſt:

℞. herb. ſoldanell. mj, *veronic.* capill. veneris an. mß, rad. fœnic. petroſelin. ir. illyr. an. ℥ß, ſem. aniſ. fœnic. carv. cumin. Zing. galang. an. ʒj, conciſ. g. m. f. nodulus. *Heniſii hoc*:

Rec. ſem. fœnic. ʒij. herb. ſoldanell. *veronic*, an. mj, flor. ſambuc. pij, cort. tamariſc. rad. aron. aſar. bryon. an. ℥ß, fol. ſen. alex. ℥j, paſſul. m. ℥ß, Zing. ʒj, inciſ. f. nodulus.

Hoc confirmabo ex Ephemeridibus noſtris quadam notabili obſervatione:

Mulier quædam primis ingravitationis menſib. febri tertiana corripitur, hac autem neglecta, ſæva ſuperveniebant ſymptomata, v. g. cardialgia, ingens capitis dolor, nauſea, ſcorbutus &c. quæ invaleſcente morbo

ub

ob nimiam forte mulieris ingurgitationem tumor ventris; pedum & mammillarum, inprimis abdominis, pectoris anguſtia, difficultas reſpirandi, iſchuria & exulceratio pudendorum inſequebatur, Vocatus *Medicus verbis & herbis promtus & utilis* τὰ δέοντα præſcripſit, cum vero medicamenta non ſtatim ob ſymptomatum multitudinem reſponderent, vel adſtantibus non placerent, alter ad eam inviſendam accerſitus, ſicuti heic Ulmæ inprimis fex ſtupidi vulgi morem adſciſcit: Hic præmiſſo infuſo hydragogo, antipyretis non remotis, ſequenti extracto cum aliis remiſto, benedicente JESU, ſpacio duorum hebdomatum absq; fœtus detrimento mulierem reſtituit:

℞. ſucci inſpiſſat. abſinth. ℥ij, C. B. eupator. fœniculi, chamædr. an. ℥ j, ſolvantur in ſuci recenter expreſſi *veronicæ* ſ. q. & denuo ſenſim ad conſiſtentiam extracti inſpiſſetur.

Quod nuperrime in juvene piſcatoris ex pago Vahlen ſuperiori ventris tumore & pedum afflicto etiam optimè conduxit, quamvis hic κατωτερικὴν ἐνέργειαν non expertus ſit.

Sic civi cuidam pagi Ilerberg ex humida ſcabie retropulſa in aſcitem diurnum & pertinacem incidenti, vinum ſeq. laxativum, potionem & cataplaſma ex ſtercore vaccino, columbino, caprino, bacc. junip. & aceto cereviſiæ exhibui, quibus ſpacio octidui convaluit:

℞. aq. pariet. ℥ij, *veronic*. ℥iiij, ſpirit. ſalis ℈j, gttxv, ſalis tartar. gxv, ſir. violac. ℥ß. M. f. potio delicata.

℞. rad. gentian. ireos, imperat. cichor. fænic. an. ℥j, cort. med. ſambuc. ℥iß, fol. *veronic*. mj, ſem. urtic. rom. carv. fænic. an. pij, coriandr. an. ʒj, fol. ſen. el. ℥j, rhab. alex. ʒij, monach. ℥ß, bacc. junip. mj, inciſ. contuſ. f. nodulus.

Hinc quandoq; catharctica circumſpecte, imprimis præparantibus & aperitivis vulgo dicti, juncta exhibita lympham per ſedem evacuant & abdominis intumeſcentiam cum εὐφορίᾳ minuunt.

Simile medicamen *veronica* nobilitatum D. *Abraham Myrgelius* Lindavienſis olim Phyſicus cachecticis præſcribit, quod

℞. abſinth. mij, centaur. C. B praſ. ſcolop. an. miiij, tamariſc. mij, *veronic*. agrimon.

mon, ſalv. domeſt. an. mj, cort. tamariſc. miß, rad. ireos, enul, an. ℥j, incidantur parum ad 25, menſur. vini alb.

Huic ſimile erit ſeq. infuſum à Doctore *Nobſio* in tali caſu frequenter uſum:

℞. com. abſinth. cent. min. herb. hepat. nob. *veronic.* an. miß, rad. helen. ʒiij, cichor. ℥ß, cort. citri ʒv, bacc. junip. ℥iiij, inciſ. S. Stuck zu vier Maaß Wein.

Porro Sal diureticum commendat feliciſſimus Sorbait Op. p. 378. potionem Horſtius 4. obſ. 32. nodulum Höferus Med. famil. p. 209. 210. Aquam Borellus 2. obſ. 33. decoctum Wierus 1. obſ. 5. infuſum, Martius ap. Welſchium obſ. 86. p. 46.

CAPUT III.

De uſu Veronicæ *in Malo Hypochondriaco & Scorbuto.*

QUando cibus ore aſſumtus, accedente ſaliva ad ventriculum defertur, tunc mediante fermentatione mutatur in maſſam pultaceam ſalſam temperatam chyli nomine notam; qui hinc protruditur per

pylorum *Helmontii* Rectorem ad inteſtina, ut ibi, ex affluxu bilis & ſuci pancreatici utilis ſepoſitis fecibus ſegregatio fiat, per vaſa lactea ad receptaculum comune propellitur, de hinc per ductum thoracicum venæ ſubclaviæ inſertum ſanguini protruditur, quo cum confuſus ad dextrum cordis ventriculum devehitur, ex quo novam paſſus fermentationem derivatur ſub forma ſanguinis ad pulmones, ex quibus particulis aëreis prius impraegnatus ad ſiniſtrum cordis deducitur ventriculum, in quo denuo rarefactus diſtribuitur ad omnes partes corporis pro conſervatione nutritionis,

In diſtribut. autem per arteriam magnam ſtatim in duos dividitur ramos, aſcendentem, qui per arterias carotides & plexum choroideum ad omnium capitis partium nutritionem ſucum diſtribuit, & deſcendentem, qui ad omnes corporis partes inferiores nutriendas eum defert, & hac in actione, omne ſanitatis punctum conſiſtit.

Quando vero fermentum ventriculi occaſionaliter debilitatum, cibos promte quidem diſſolutos non ritè fermentando volatiliſare poteſt, tunc tranſit in paſtam

acidam

acidam vitioſam, ponticam plus minus viſcidam; quæ deinde acidam reddit lympham, bilem de alkalica proſapia, hebetat, gas illud in ſanguine ſpirituoſum in activitate totiusq; corporis animatione impedit, corpus cacochymicum & cachecticum reddit, & ſymptomata truculenta pro ratione aciditatis infert, in quibus frequentiora ſunt, convulſivi ſtomachi dolores, continua expuitio, eructatio frequens, in jejunio anxietas, compreſſio poſt paſtum, vomitus materiæ acidæ ſpumantis, borborygmi, inflatio ſtomachi & coli, quæ in ſiniſtro latere dolores lancinantes, lieni, vel in dextro fervorem, hepati falſo adſcriptos cauſantur; thymus tumidus imprimis à menſa ad deglutiendum continuo ſtimulans, es ſteckt im Halß gleich einem brocken Fleiſch; anxietates & inquietudines, conſtipatio alvi, colici & iliaci dolores convulſivi & lumbares; phlogoſes vagæ, à paſta præſertim, palpitatio cordis, vertigo gravis, cephalalgiæ tenſivæ circa tempora, capitis obnubilationes, aurium tinnitus, lapſus memoriæ, triſtitia ſine cauſa manifeſta, ſomnia terrifica, laſſitudo ſpontanea,
 formi-

formicationes in artubus, noctes turbatæ ſudoribus interruptæ, tuſſis ferina, febres inprimis algidæ & conſumentes, urina ut plurimum ſabuloſa & rubra, quæ ſymptomata omnia ſub uno nomine Mali hypochondriaci comprehenduntur, cujus cauſa proxima eſt acidum ventriculi vitioſum ex defectu vitioſo primæ digeſtionis in ſtomacho enatum.

Hoc acidum autem in hypochondriis cum ſucceſſive exaltetur, volatiliſetur & ita ad ſubtiliorem gradum deducatur, tunc fit ſumum penetrativum & vocatur, Scorbutus, qui malum eſt contagioſum, ſimile lui gallicæ.

In Lernæis hiſce eorumq; principio, ubi non acidum vitioſum corrigendum & correctum evacuandum tam, quam fermentum protopepticum reſtaurandum & bilis aromatica vi acuanda eſt, *veronicata*, quacunq; forma exhibita, inprimis decoctiones, amarcam ob virtutem ſaponariam & amaram ad urinam deducentes optimam præſtant operam, uti jam demonſtrabimus.

Pannifici cujusdam uxori pallidæ faciei de cephalalgia contumaciſſima, aurium tinnitu,

tinnitu, febri lenta & anxietate præſertim alvo ſex ſeptemq; dies adſtricta conquerenti præſcripſi cum aliis ſequentem nodulum:

Rec. herb. *veronic.* mj, fol. ſen. ſ. ſt. tartar. crud. alb. an. ℥ j, paſſul. m.m. ℥iij, cinam. acut. ʒiij, caryoph. arom. ʒ iß, inciſ. contuſ. g. m. f. nodulus.

Ruſtico cuidam, ſat oppulento annorum 38. ob vicinorum putatitiam deriſionem, quod Judæo equum male vendiderit, melancholica hypochondriaca laboranti, de dolore ſtomachi compreſſivo & inflatione abdominis tres menſes conqueſto ſalubertime non neglectis martialibus ordinavi:

Rec. rad. filic. fænic. an. ʒij, herb. *veronic.* meliſſ. an. mß, fol. ſen. ſ. ſt. ℥j, cort. tamar. ſc. cappar. an. ʒiij, ſem. hyperic. aniſ. an. ʒij, cinam. ʒij, Zeduar. ℈ j, caryophyll. ʒß, ſalis tartar. ʒj, f. nodulus.

D. *Bartol. Wolfhardtus* Præfecto Xenedochiali Georgio Segenſchmid in melancholia ex vitio lienis præſcripſit:

Rec. rad. filic. ℥j, rad. rub. cichor. an. ℥iß ſcolop. mij, *veronic.* mj, uvar. paſſar. ℥j, ſem. cartham. ʒvj, aniſ. ʒiiß, flor. borrag.

mj, rorismar. mß, ſen. alex. ℥j, agaric. alb. ℥ß, epithym. ʒij, Zingib. ʒj, coq. in ſ. q. aq. ℔j, colaturæ addantur ſir. de pomis, byzant. an. ℥j, f. potio, ſumat in aurora ℥iiij.

Clerico cuidam hepatis oppilatione cum febri, dolore dorſi & materia phlegmatica verſus os laboranti præmiſſo vomitorio non forti ſeq. potum D. *Strölinus* ordinavit:

Rec. flor. labruſci, borrag. perfor. an. mß, fol. *veron.* mj, ſem. endiv. acetoſ. an. ℥ ß, rad. apij ʒij, bulliant. in ſ. q. aquæ ad conſumtionem medietatis coletur & de colatura ℞. q. ſ. ad diſſolvendum, diacathol. ℥iij, diaphænic. ℥ iß, hier. ſimpl. ʒiij, M. f. potus & dulcoretur cum modico mellis roſ.

Heic Doctor *Strölinus* oppilationes ſolvit ſaburram circa ventriculum hærentem evacuando & ex reliquis viſceribus ventriculo vicinis heterogeneitates eo alliciendo, quod ſi revera obſtructiones fuiſſent, ſimpliciter fieri non potuiſſet, hinc nonnulli jam dudum dubitare cœperunt, num tales revera dentur, nihilominus tamen ſtetit hæc doctrina inculpata, usq; ad tempus, quo philoſophandi libertas excuſſit jugum,

ſeque

ſequeà compedibus, queis die depreſſa jacuit extricavit.

Ut autem tempori & chartæ parcam cum ex profeſſo de hac doctrina non ſit animus, agere, Lectorem ad Helmontii ſcripta remittemus.

Interim ſi in vaſis ſanguifluis ex impedito ſanguinis motu & ſtagnatione obſtructio hujusmodi fieret, tunc ſanguis, facta ruptione, cadaverizaretur, in pus abiret & cito filum vitæ abrumperet.

Diſruptis autem ex obſtructionibus lymphaticorum vaſis, fieret hydrops particularis, quod tamen vix ac ne vix quidem obſervatum.

Præterea ægrè poſſibile eſt obſtructiones iſtiusmodi fieri, cum minores rami in ampliores Meſenterii deſinant, ceu Excell. Medicus *Jo. Antonida van der Linden* in Notis mstis ad *Hartmanni* Praxin, quæ ob utilitatem, ſi nondum ſunt editæ, lucem mererentur, eximiè demonſtravit.

Doctor *Jo. Bernhardinus Kellerus* viro cuidam ex Oppidulo Weiſſenhorn de dolore ſiniſtri lateris ex lienis mala diatheſi querenti, ſequentem nodulum aperientem præſcripſit:

℞ ec.

Rec. herb. abſinth. cent min. C.B, ſcolop. *veron*. hyſſop. eupator. an, mß, rad. cichor. helen. caryoph. petroſel, an. ʒij, ſem, aniſ. fænic. an. ʒj, fol. ſen. ſ. ſt. ℥j, rhab. el. ℥ij, Zing. ℈j, f. ſacculus ex ſindone rur.

Vir ex pago Ilerberg annorum 40, coloris faciei plumbei conqueſtus de præcordiali aſthmate, appetitu canino, phthiſi incipiente, borborygmis ventris & laſſitudine pedum, judicavi malum hypochondriacum ex cacochylia ortum eſſe, hinc præmiſſo vomitorio conſueto antimoniali tartareo, ſequens cochleatim ſumendum ſummo cum fructu ordinavi:

Rec. aq. *veron*. ℥ij, *veron*. cum vino ℥j, cin. ſpirituoſ. ℥ß, aſthmat. R. ℥j. ſpirit. ſal. armon. ʒj. ſir. *veronic*. ʒiij, M. quod ὀφθαλμοφανερῶς urinam limpidam, ac ſi puriſſima aqua eſſet, in qua particulæ acidæ peccantes correctæ hærendo librabantur copioſiſſimæ evacuavit.

Parocho cuidam in vicinia hypochondriaco chemica reſpuenti cum ſucceſſu dedi:

Rec. conſerv. *veronic*. ℥iij, ſal. tamariſc, ſpec. diacurcum, dialacc. an ʒj, rad. cichor. condit,

condit. ʒij, chalyb. præp. ʒiß, f. cum ſir. cort. aurant. El.

Nec Doctor *David Mitlerus* Phyſicus olim Lindavienſis potioni præſenti aperitivo *veronicam* abeſſe voluit:

Rec. rad. cichor. ʒiß, helen. irid. an. ʒj, rad. cappar. ℈ij. ſem. aniſ. fænic. an. ℈ iß, flor. anthos, ſtæch. bugloſſ. borrag. an. pß, fol. ſen. el. ℥ß, herb. lup. endiv. agrimon. *veronic.* ſcolop. ceterach, flor. epithym. an. pj, Zingib. calam. arom. an. ℈iß, caryophyll. ℈ß, coquantur omnia lege & ordine artis ad caſum tert. partis & ad remanent. ℥iij, colat. add. ſir. byzant. ʒvj, Miſce.

Cum εὐφορίᾳ Præfecto cuidam dolore capitis ſævo ex cruditate ſtomachi acida enato, laboranti, de quo mentionem fecimus in defenſione nupera obſervationis, *de ☿ io letaliter adhibito in prolapſu inteſtini* p. 47. aliis non poſthabitis ordinavimus:

Recip. herb. *veronic.* mj, fol. ſen. ſ. ſt. ʒvj, crem. tartar. cinam. acut. an. ʒiij, caryoph. ʒiß, paſſul. m. m. ℥iij, contuſ. probe in mortario lapid. infunde in aq. claram ſtent in loco calido per noctem vaſe probe

clauſo

clauſo mane ubi omnia refrixerint, colentur per linteum.

Textorem quendam annorum 35. ſcorbuto cum pedum dolore convulſivo, febri quartana, colica & maculis lividis tentatum, præmiſſo vomitorio ſequenti nodulo & Miſtura ex ſpecificis totaliter ideas, quas Archæus (irregularibus paſſionibus diſturbatus) in corporis eſſentia delineavit, abolevimus:

℞. rad. cichor. polyp. q. an. ℥ ij, herb. fumar. *veronic.* chelid. maj, beccabung. an. pj, fol. ſen. ſ. ſt. ℥j, crem. tartar. ʒ ij, mechoac. alb. agaric. troch. rec. an. ʒ iij, ſem. hyperic, naſtur. galang. [illegible] ʒj, [illegible] ʒiß, mell. contuſ. g. m. ad nodulum ſericum album, S. Säckel ins weiſſe Bier zu hengen. Miſtura talis erat:

℞. herb. ſemp. viv. vermic. *veronic.* naſturt. aq. an. miij, contuſ. exprimatur ſucus ſervetur in vitro clauſo, bis in die cum cereviſia ſumendus.

In cernua vetula annorum 83. jamjam ſuperſtite, ideam ſcorbuti virulentam cancellavimus ſequenti miſtura bis in die ſumenda cum regimine:

Rec.

℞. decoct. *veron.* ℥vj, aq. ſcorbut. Ulm. ℥ij, Elix. PP. ſ.acid. ʒ ij, ſpirit. beccabung. naſturt. an. ʒj, roob junip. ℥j, M.

Quam exitiale vehemens purgans ſit in ſcorbuto præſertim ex ſequenti hiſtoria elucet.

Vir quidam quadraginta circiter annorum facie vivida externa ad me conſilii cauſſa veniebat; urina quam exhibuit flammea nimis & arenulis ruffis impregnata fuit, de mobilitate dentium, hæmorrhagia narium frequenti & gingivarum, pectoris anguſtia, tuſſi nocturna, doloribus inteſtinorum lancinantib⁹ & convulſionibus, tumore & pruritu pedum, laſſitudine artuum, maculis tibiarum & ſcreatu ſanguineo conquerebatur, queis ſymptomatib⁹, tanquam lineis adumbrabatur ſcorbutus, cujus centrum ſtomachus, ob errata in victu v. g. carnem fumo induratam, cereviſiam non rite defæcatam, & fumum Nicotianæ copioſiſſime præſertim nocturnis horis hauſtum, vitiatus.

Huic præter vomitorium conſuetum, infuſum, *veronica* exaltatum, tinctura martis cum eſſentia abſinth. miſtam ſequentem ordinavimus potionem ſpecificam: ℞.

℞. ſuc. naſturt. chelid. maj. an. ℥vj, *veron.* ℥ij, ſeri lactis caprin. menſ. j, M. poſt reſidentiam depur. & colantur, quorum uſu maxima ſymptomatum pars evanuit.

Cum vero hujusmodi præſidia æger faſtidiret, & ſolummodo, ut citius reciperet priſtinas vires à me contrarium ſemper ſuadente, purgationem contenderet fortem, irato animo curationi meæ valedicens, tormento cujusdam crumenimulgæ

qui nigras multos dat acharontis ad umbras
igne, rota, fluvio, fune, mucrone, cruce,

ſe concredidit, cujus ope explevit quidem animam, aſt brevi poſt miſerrime exhalavit eam.

Videant igitur homines, quantum luſciöſitate eorum mentes laborent, dum in hiſce exitioſis crumenimulgis nituntur, tantas directè exercentibus crudelitates; nihil enim aliud, quam recta deſtituti methodo ex farraginariis ſuis ſine omni delectu ſtolidè, obſtinatè ac doloſè deſumtis, pernicioſis hiſce ſolutivis, ægros miſerabiles in purgatorio citra expiationem errorum, quos in corpus committunt, detinere, cruciatuq; ſingulis ſeptimanis, imò toto die

torque-

torquere poſſunt. Verum deſiſto & boni medici mecum deſinunt, cum n. ſtentorea voce clamarem, ſurdo fabulam narro, & idem facio, ac ſi inclamarem calumniatoribus nolint in innocentes fundere convicia.

Ad gingivas tumidas à dentibus ſubſidentes ſequens miſtura ſæpius laudabilem obtinuit affectum:

℞. lixiv. fag. ℔iiii, herb. *veronic.* ſalv. ā mij, coq. ad caſum ℔j, colaturæ calidæ add. mj, herb. naſturt. in vaſculo occluſo, exactis tribus horis colatura ſæpius in die ore excipi poteſt pro collutione.

Ceterum Roleſinc. lib. 8. conſil. med. 3. & Ord. & meth. com. p. 492. 763. Grüling. 2. curat. 13. & 79. Franc. Joel. Med. Pract. Tom. 2. ſ. 3. cap. 4. Timæus p. Oper. med. 141. 155. 411. 413. 662. Höferus in Append. Conſ. med. p. m. 569. Hildanus 2. obſ. 48. Williſius de med. operat. in corp. p. Operum Lugd. 129. & Tract. de Scorbuto p. 600. 610. vina medicata, apozemata & potiones præſcribunt, quæ de *veronica* ſimul participant.

Sic quoq; extractum Curioſorum Neſtor 4. conſ. 77. p. 464. tincturam & ſirubum

bum Amœniſſimus Zephyrus Rhabarbarolog. p. 351. 683. infuſum Curioſiſſimus Avicenna Comment. Ludov. p. 152. Electuarium Sim. Pauli Q. P. Bot. p. edit. ult. 35. Emplaſtrum Georgius Bateus Pharmacop. p. 43. Miſturam Mayerne Tract. Conſ. p. 85. 105. Aquam antiſcorbut. b. Hofmannus Theſaur. pharm. p. 23. ſirubum p. 106. vinum medicat. Loſſius Conſ. med. p. 4. fotum Beckeri Hauß-Apoteck. p. 418. eſſentiam, aquam anthypochondriacam, hepaticam Elixirium, ſemicupium, Timæus à GuldenKlee Oper. med. p. 410. 402. 648. 657. 662. 892. 913. Aquam Horſtius 4. obſ. 26 & 35. ſirubum, Sennertus lib. 3. Med. Pract. part. 5. ſect. 2. c. 6. deſtillatum Grülingius Pract. Med. p. 463. ſirubum anthypochondriacum Platerus 2. obſerv. p. 451. tragæam Rolefincius Diſſert. chem. 2. de ſulph. pag. 27. extractum ſpagyricum Millerus ap. Thiermayerum lib. 2. Conſult. p. 135. ordinant, quorum præcipuum ingrediens etiam *veronica* eſt.

CAPUT

CAPUT IV.

De uſu Veronicæ *in obſtructionibus hepatis, meſenterii & lienis.*

QUamvis autem modo dicta ſymptomata obſtructionibus meſenterii, hepatis & lienis communiter adſcribantur, quæ aliam longe originationem, ceu monſtravimus, habent, tamen has quandoq; fieri, nemo ſimpliciter negabit, cum obſervationes virorum Excellentiſſimorum & experientia id doceant.

Fiunt itaq; tales obſtructiones itidem ex acore vitioſo ſcilicet invaleſcente morbo, quando ſinſim corpus marceſcit, principium terreſtre acido fixius augetur, venæ, arteriæ, vaſa lymphatica meſenterium, hepar, lien & pancreas eo onerantur, ibidem ob moram magis vitiatur, in viſcoſam tranſit materiam, qualem *Bauhinus* ap. Celeberrimum *Horſtium* Op. Tom. 2. p. 239. obſervavit, liber commeatus ſanguinis vel lymphæ impeditur, reſtagnat ſucceſſivè induratur, hinc tumor vel diſruptis vaſis liquoris contenti extravaſatio, ex quibus neceſſario,

ceſſario, ſed non tam frequenter obſtructiones oboriuntur difficiles, quæ verò non cauſſa, ſed morbi productum nominari poſſunt.

Curantur autem limoſitatem ſanguinis viſcidam attenuando & per alkalina ad urinæ & alvi vias amurcam averruncando, utrumq; noſtra, teſtibus nov- antiquis Practicis exequitur.

Joanni Saxo præter humorum crudorum collectionem hepatis obſtructione laboranti D. *Bart. Wolfhardtus* ordinavit;

℞. rad. petroſelin. fænicul. an. ℥ij, apij ℥ß, *veronic.* miß, chamæpith. mß, cort. tamariſci ʒvj, ſem. aniſ. ʒ ij, rad. ruſci ʒiij, ſen. alex. ℥j, rhab. el. ʒij, uvar. paſſar. enucl. ℥iß, bacc. junip. ℥ß, Zedoar. ʒ j, coq. in aq. q. ſ. ad ℔iß, colat. add. ſir. de eupator. ℥iij, f. potio.

Mutario cuidam propter hepatis duritiem incipientem hunc ſacculum laxativum & alterativum D. *Sebaſtianus Stromayerus* præſcripſit;

℞. herb. agrimon. *veronic.* endiv. epatic. nob. an. mß, com. abſinth. mj, fol. ſen. ſ. ſt. ℥iß, rhab. el. ʒiiß, rad. fænic. cichor. ā ʒvj, cortic.

cortic. ſamb. ℥ß, frangul. ʒvj, ſem. aniſ. fæ-nic, coriandr. an. ℈j, lign. ſaſſafr. ʒiij, ci-nam. acut. ʒij, inciſ. & contuſ. f. nodulus.

Matth. Gelb Clauſtrarius laborabat diu hepatis duritie palpabili cui D. *Jo. Bernhar-dinus Kellerus* ordinat:

℞. aq. capon. m. d. ℔ß, hed. terreſtr. m. deſc. ℔j, *veronic.* ℥vj, menth. ℥ij, cinam. ℥iß, man. chriſt. perlat. ℥ij, ſacch. tabarz. ℥iß, MS. Leber-Waſſer.

Aliam Miſturam hepaticam *veronica* nobilitatam præſcribit D. *Jo. Wolfg. Rabus*:

Recip. aq. papav. errat. lil. convall. ci-chor. ſenecion. *veronic.* an. ℥iiß, menth. ſir. *veronic.* an. ℥ij, M.

Reperitur etiam Julebus Dom. Jo. Ba-ptiſtæ Heinzel Conſuli Auguſtano à D. *Bartol. Wolfhardto* præſcriptus, quem *ve-ronica* quoq; exornat:

Recip. ſir. ex ſuc. acetoſ. ex ſuc. cichor. *veronic.* an. ℥iij, aq. lactuc. endiv. cichor. an. ℥iiij, f. julebus.

Anglus nobilis quidam pertinaci hepa-tis obſtructione & ictero laborabat, cui D. *Joan. Remelinus* ſeq. cum voto ordina-vit:

℞. rad. acetoſ. ireos flor. helen. fœnic. petroſel. liquir. raſ. an. ℥ ij, cort. citri, rad. cappar. ebul. ſambuc. an. ℥iß, fol. acetoſ. endiv. ſoldanell. an. mß, marrub. alb. *veronic.* C. B. an. pj, ſen. ſ. ſt. ℥ i ß, mechoac. ℥ß, agaric. troch. ℨ iij, rhab. crem. tartar. an ℨij, ſem. cartham. pond. ℥ß, aniſ. fœnic. petroſel. cinam. galang. an. ℨ j, ſaſſafr. ℨij, paſſul. m. ℥ij, inciſ. & contuſ.

D. *Kellerus* reſtituit Bedam Paulli Coriarium, cui color pallidus fuit, hypochondrium dextrum inflatum cum aſthmate, vino ſequenti aperitivo:

℞. herb. abſinth. cent. min. C. B. eupator. ſcolop. *veronic.* an. mß, rad. cichor. helen. caryophyll. an. ℨij, polyp. q. ℥ß, ſem. aniſ. fœnic. an. ℨ j, fol. ſen. ſ. ſt. ℥j, rhab. el. ℨij, rad. mechoac. ℨj, agaric. troch. ℨ iß, Zingib. ℈ j. f. inciſ. groſſa. S. Leber-Säcklein in ein Maaß Wein.

Alium nodulum ordinat D. *Jo. Heniſius* Præfecto cuidam qui dolore lateris dextri laborabat ob hepar obſtructum:

℞. herb. abſinth. p. ſalv. hyſſop. *veronic.* an. pj, rad. aperit. an. ℥ß, polyp. ℨij, enul. ℨiij, caryophyll. ℨj, flor. cord. pj, cort. tamariſc.

marisc. cappar. an. ʒ j, ſem. fænic. ʒ iß, fol. ſen. el. ℥j, rhab. el. ʒ iiß, agaric. ʒij, Zingib. ʒß, incid.

Venerabilis ſupra citatus *Senex* in Præfecto quodam tumorem ſplenis abſtulit, ejusq; peccantes reformavit ideas ſequenti vino:

℞. herb. cuſcut. epithym. an. pij, ſcolop. ceterach. hepat. nob. *veronic.* hyſſop. betonic. meliſſ. an. mß, rad. enul. camp. ʒvj, cort. capp. tamariſc. an. ʒvj, aurant. ʒiij, paſſul. min. ℥ij, ſem. aniſ. fænic. an. ℥ß, Zedoar ʒj, Zingib. ʒ iß, M. inciſ. S. Stück zum Milß-Wein auf 4. Maaß.

Andreas Wilhalm aſthmate, imbecillitate ſtomachi & obſtructione meſenterii cum dolore capitis laborabat, huic D. *Gregorius Meindelius* dedit:

℞. herb. abſinth. mß, C. B. fumar. ſcabioſ. meliſſæ, *veronic.* an. pj, rad. cichor. ℥j, fænic. caryophyll. an. ℈ij, liquirit. polyp. q. an. ʒj. ſem. coriand. præpt. ℈ j, flor. borrag. cent. min. an. pj, fol. ſen. ſ. ſt. ʒvj, agaric. troch. mechoac. an. ʒ iij, rhab. opt. ʒß, Zingib. cinam. galang. an. ℈ ij, inciſ. f. nodulus ſericus.

Sic D. *Antonius Ruberus* Domino Capitaneo Gothofrido à Schlam̃ersdorf, meſenterii obſtructione anguſtia pectoris & capitis dolore correpto potionem ſequentem medicatam aperitivam ordinavit:

Rec. rad. acetoſ. cichor. fænic. an. ℥ iß. polyp. q. ℨiij, herb. endiv. cichor. borrag. fumari cuſcut. *veronic.* an. pj, flor. borrag. violar. an. pß, fol. ſen. alex. ℥ j, ſem. fænic. aniſ. an. ℈j, coq. in ſ. q. aq. ad remanentiam ℥viij, colaturæ adde ſir. de fumar. ℥iß, mannæ calabr. ℥j, M. Purgier-Tranck auf 3. mal.

Ephippiarius Geißlingenſis ſenſim atrophia conſumtus, ſtomachi dolorem & nauſeam habuit, & durum monſtravit locum in hypochondrio ſiniſtro, huic D. *Chriſt. Cellarius* ordinavit ſequens vinum medicatum:

℞. com. tumariſc. pj, C. B. mß, cent. m. pj, abſinth. noſtr. herb. agrim. an. mß, chamæpith. ſalv. nob. an. mj, majoran. toriſmar. beton, *veronic.* ā mß, ſcabioſ. mj, cuſcut. epithym. an. pj, flor. anth. piij, nymph. piiij, ſem. acetoſ. ℈j, aniſ. ℨj, rad. magiſtrant. ℈ß, enul. ℨiß, rhab. el. ℈ij, glycyrrh. ℨv, cort. tamariſc. ℨiß. cubeb. ℨj, nuc. moſch. ℈ij, cin. ℨß. paſſul. ℥ij, conciſ. & craſiuſc. contuſ. f. nodulus.

Humo-

Humorem in liene congeſtum ut copioſum, ſequenti evacuat, eumq; iterum clarificat D. *Sebaſtianus Stromayerus*:

℞. herb. ſcolopend. meliſſ. *veronic*. pentaphyll. betonic. chamædr. ā pj, rad. cichor. dictamn. cret. enul. camp. fænic. pœon. pimpinell. an. ℥iß, polyp. q. ℥ß, flor. lil. con vall. primul. vetis, borrag. bugloſſ. flor. lavend. ā ℥j, ſem. petroſel. fænic. aniſ. apii an. ʒij, fol. ſen. alex. ℥j, agaric. troch. ʒiij, viſci q. ʒij, f. ☉ pariſ. n. 40. marg. præp. oſ. de cord. cerv. an. ʒß, fol. ☾ æ n. 20. myrob. ind. emblic. chebul. citrin. an. ʒij, caryophyll. piolaris id eſt, flor. tunic. cinam. gran. paradyſ. macis an. ʒj, cubeb. galang. Zingib. anacard. an. ʒj, add. ſacch. albi quantum ſufficit f. pulvis tenuiſſimus. S. öffnendes Milß=Pulver.

Vitioſos ſucos circa lienem ſequentibus pilulis alterat, & ſanguinem purificat ſcorbuticum D. *Joannes Melderus*:

℞. rad. filicis mar. quinq; fol. cort. tamariſci, herb. chamædr. ceterach, *veronic*. meliſſ. beccabung. numular. naſturt. aq. ſcord. chamæp. chelid. min. ſedi min. abſinth. vulg. endiv. ✠toſ. ā q. ſ. pro extracti ℥ß, f. extract. cum ♎u V. ℞. hujus extracti ℥ß, adde C. B.

 helen.

helen. an. ℈j, lign. aloes, ℈ß, M. formentur ex ʒj pill. xxx, S. öffnende Miltz-Pillen.

Externe herbam. *veron.* rec. contuſ. loco cataplaſmatis ſuperpoſuit.

His jungantur Brunnerus Conſ. med. 60. Gruling. Prax. Med. p. 439. Hildanus 2. obſ. 49. Gruling. 6. obſ. 84. Höferus, Med. fam. p. 174. Rolefinc. Ord. & Method. Com. p. 770. 778. Mynſichtus Arm. Chem. p. m. 198. 199. 266. 310. 375. Cardiluc. in Ap. der Stadt Apotecken. p. 202.

CAPUT V.

De uſu Veronicæ *in Meſenterii, hepatis & lienis inflammatione.*

NEque *veronica* deſtituit ægrum in inflammationibus viſcerum, quæ partim rariores, partim cognitu & curatu difficiles ad lectum præſertim ſunt; nos ex Ephemeridibus noſtris unico Hepatitidis prius exemplo prolato, quædam ex Conſultoribus recenſebimus demortuis. Pagano cuidam Vernavienſi quadragenario, tuſſi fe-

rina,

rina, aſthmate, edendi adpetitus amiſſione, circa cordis ſcrobiculum dolore & tumore in dextro latere notabili, correpto, adhibitis epithemate, acidum abſorbentibus diaphoreticis, ſequenti inprimis decocto bene ſe habuit:

℞. hord, m. mj, rad. gram. cichor. an. ℥j, herb. *veronic*, ſcabioſ. an. miß, bulliant in aq. q. ſ. colat. ℞. ℔iij, adde ſir. de v. radd. ℥iii, brod. paſſ. ℥ij, M. S. Leber-Tranck auf etlich mahl. Ut vero reconvaleſcentiam urgeret,

primo carnifices vocat, deinde judæos, lamios, Petrum & cohortem, aſt poſt tot, tantasq; deſtructivas purgationes lividas mortis imagines, tempeſtates ac procellas in Microcoſmo concitantes ventris intumeſcentia & deliquio animi ſupervenìente miſera mortuus eſt morte.

Poſt venæ hepaticæ ſectionem D. *Martinus Kettnerus* Ulmenſis in inflammatione hepatis pro potione exhibet:

℞. anagall. intubi, tamarind. *teucrii*, liquir. roſ. an. ℥vj. coquantur in aqua quantum ſufficit, usq; ad conſumtionem medietatis dein coletur & infundatur roob. ju-

nip. de ſuper cochlearia duo & ſumatur in potu omni mane.

Encatiſma, inquit Doctor *Henricus Steinheil*, ex decoctione chamomill. roſar. *veron.* ſolvit duritiem hepatis ejusq; inflammationem extinguit.

In inflammatione lienis applicat D. *Petrus Eggelius* Medicus Lindavienſis unguentum ſeq:

℞. mucilag. rad. alth. ſem. lini an. ℥ ij, olei cappar. ℨvj, amygd. d. ℥ iij, chamomill. lil. alb. an. ℨiß, pulv. tenuiſſ. tamariſc. cort. frax. *veronic.* an. ℈ iß, g. ammon. in acet. ℥ iiß; ceræ, q. ſ. f. unguentum.

Viro cuidam meſenterii inflammatione, debilitate ventriculi & anguſtia circa cor laboranti D. *Jo. Sculteius* junior ſalubriter ordinavit:

Rec. carn. cydon. cond. ℥ß, ſpec. diatr. ſantal. diacurcum. an. ℨiß; flor. ſulph. ℨj; crem. tartar. ℥ iij; conſerv. *veronic.* ℥ vj; ſir. acetoſell. q. ſ. M. f. Electuarium.

Exempla qui plura deſiderat evolvere poteſt Hildanum 2 obſ. 48. & 46. Rolefincium Ord. & Meth. Com. p. 766. 778. 763. Williſ. de med. hepat. p. edit. Lugd. 129. 3.

CAPUT

Membrum IV.

De morbis renum & veſicæ.

CAPUT I.

De uſu Veronicæ *in calculo renum & veſicæ.*

VEronica & præſente calculo urgente, cum acrior obſervatur urina, & extra paroxyſmum, acidum primarum viarum & urinarum abſorbendo, renes abſtergendo & horridam imaginem petrificam delendo magnarum ſe exhibet ſæpiſſime virium.

Quam praxin & ego feliciſſimam hactenus ſum expertus.

Superioribus annis Viro cuidam doctiſſimo in dolore nephritico feliciter commendavi uſum decocti *veronicæ* cum liquiritia nullo hactenus ſubſecuto incommodo.

Habemus etiam hujus uſus egregium exemplum in mirandis Germanorum Medicorum Digeſtis An. 1. n. 107. ab Excell. Doctore *Elſnero* comunicatum. hujus etiam doctiſſimus *Neſtor* Chil. 1. obſ. 253. p. 65. meminit.

In hoc affectu P. Rev. *P. Millero* familiare eſt ſequens decoctum:

℞. rad. ononid., petroſel., liquir., an. ℥ j. ſem. ſaxifr., milii ſolis, cinam. acut. an. ℥ j. herb. malv. *veronic.* epat. nob. beton. an. m ß. flor. ſambuc. acac. an. p j. concis. f. nodulus.

Similis virtutis eſt ſequens Doctoris *Kelleri* infuſum:

℞. herb. abſinth. p. fragar. eupator. C. B. ſoldanell. *veronic.* numinular. an. m ß, rad. fœnic. ſaxifrag. alb. petroſel. an. ℥ iiß, polyp. q. ℨ ß, liquir. raſ. alth. an. ℨ ij, ſem. citrull. melon. milii ſolis an. ℨ iß, gran. alkekeng. nro IX, inciſ. f. nodulus.

Et ſequens infuſum *Senioris Anonymi* egregium præſtitit opem:

℞. herb. fragar. violar. beton. *veronic.* an. m ß, rad. ononid. pimpinell. frag. aſparag. an. ℥ j, rhab. el. ℨ vj, agaric. troch. ℨ v; fol. ſen. el. ℥ j, ſem. cartham. excort. mechoac. nigr. an. ℨ ß, cinam. el. ℈ j, galang. ℨ ß, macis ℈ j. M. f.

Vinum medicatum Doctoris *Eingerlinii* heic egregie ſe ſiſtit:

℞. herb. apium, capill. veneris, ſaxifr. chæ-

chærefol. *veronic*. ſum. acac. ā pj rad. petroſel. fænic. eryng. fragar. polyp. q. ā ℥ij, fol. ſen. ſ. ſt. ℥j, rhab. alex. ʒiß, agaric. troch. mech. nigr. ā ʒiß, paſſ. m. m. ʒx, bacc. halicac. ſem. aniſ. fænic. Zing. galang. an. ʒß, inciſ.

Interea tempore præſertim doloris nephritici præfatus Auctor pro ſecuriſſimo habet decoctum *veronic*. in vino una cum ſeq. enemate:

℞. malv. parietar. *veron*. an. miij, decoq. in aqua pura, colaturæ ℞ ℥xv, olei amygd. dulc. rec. & amar. an. ℥iij, ſacch. ℥j. M.

In magnis doloribus *idem* Doctor propinat:

℞. rad. alth. ʒij, paſſul. m. ʒiij, herb. *veronic*, hed. terreſtr. an. pj, decoq. in aq. detur bonus hauſtus cum ſaccharo.

Vir mendicus nephriticus annorum 55 ex ſequentis pulveris uſu inſigne accepit levamen:

Rec. fung. cynosbat. Schlafäpffel/herb. *veronic*, chamædr. an. ℥j, ſacch. adp. o.

Hujus pulveris continuo uſu puer ruſticus ter dolorificè ſub cultro lithothomi cujusdam ſudans jam ſex annos à doloribus

quietus vivit, dum ſemen ideale lapidifi-cum indies removetur; certiſſimum enim eſt quamdiu inviſibile calculi principium remanet, homo prius hoc duro coagulo liberatus paullo poſt (ſi non perfecte fuerit abolitum) de novo cruciabitur ſimili materia deformi.

Et ſequens D. *Meindelii* meretur encomia:

Rec. herb. abſinth. praſ. fragar. hyſſop. *veronic.* parietar. an. mß, rad. v. aperient. enul. pimpinell. flor. geniſt. borrag. an. pj, ſem. milii ☉is, ſaxifr. an. ʒß, fol. ſen. el. ℥j, rhab. opt. ʒij, agaric. troch. ℥ß, Zing. cinam. galang. macis an. ℈ij, inciſ. f. nodulus.

Et hoc vinum Doct. *Heniſii* fuit auxilio:

Rec. herb. abſinth. pont. parietar. ſaxifr. *veron.* an. mß, rad. aperit. petroſel. apii, polyp. q. an. ʒiij, fol. ſen. elect. ʒj, rhab. ʒiij, Zing. ʒj, incid. f. nodulus.

Et ſequens D. *Schappleri* attulit medelam:

Rec. rad. v. aperit. enul. caryophyll. ſem. ſaxifr. coriand. præp. an. ʒß, flor. geniſt. anth. ſtæch. arab. ã pj, ſem. urtic. ℈j, herb. abſinth. ſalv. capill. ♀. *veronic.* malv. an. mß, f. ſen. el. ʒj, agar. troch. ℥ß, rhab. el. ʒij, gran. halicac. nov, Zing. cinam. galang. macis inciſ. M.

Conſ.

Conf. Crat. conſ. 137. & lib. 5. conſ. 17. Timæum à Guldenklee p. Op. 414. M. N. G. Dec. 2. ann. 4. obſ. 14. & Moreſcott. comp. Med. p. m. 197.

Solius *veron.* uſus in clyſteribus eximius eſt, docente *ſtudioſiſſimo Rajo* Hiſt. Plantar. p. 85. quem ego in virgine vetula paſſione nephritic. & alvi duritie laborante ſum expertus, quid ni ſi ſimilibus jungatur? cujus farinæ eſt modo nominati *Henſii* enema:

℞. herb. *veronic.* ſavin. parietar. ☿rial. an. m ß; flor. ſambuc. alth. melilot. chamomill. an. p ij, rad. lib. alb. alth. liquirit. an. ℥iij, bacc. alkek. nro vj, ſem. lini, fænugr. an. ℥j, decoq. in aq. com. ad med. ℞. colat. ℔j, caſſ. pro clyſter. ℥j, bened. lax. ℥ß, reſin. laric. in vitell. ov. ſolut. ℥iiß, mell. viol. ℥j, olei lil. alb. chamom. an. ℥iß, ſalis parum f. enema.

Neq; ſequens enema D. *Rüberi* illaudabile erit:

℞. malv. alth. ☿al. *veronicæ*, parietar. flor. chamom. melil. ā mj, rad. alth. lil. alb. ſaxifr. ā ℥vj, ſem. lini, fænugr. ā ℥vj. carvi. ℥ß, coq. in ſ. q. aq. ad reman. ℥x, colat. add. caſſ. pro clyſt. ℥vj, Elect. benedict. lax. ℥ß, mell. roſ. col. olei amygd. d. cham. unguent. clyſmat. an. ℥j, f. enema.

Se-

Sequens in calculo veſicæ D. *Jo. Vogt* frequenter uſurpavit:

℞. perfor. chamæmel. *veronic.* betæ, an. mj, decoq. in ſ. q. aquæ ad tertias. accipiantur juris decoct. ℔iiß, caſſiæ rec. extr. ſacch. rub. ā ℥j, mell. mercurial. ℥iß, olei lini ℥iij, ſalis triti ʒj, f. enema.

Puer annorum 12 natus ope unguenti, balnei & Miſturæ ſequentis lapillum excrevit diaphanum, quo de videantur additamenta mea ad *Caſtorologiam Mayeri* p. 161.

℞. decoct. Sebaſtan. & *veron.* ℔ß, roob junip. ℥iß, Miſce.

His junge Gruling. Pract. Med. p. 610. Mynſicht. Arm. Chem. ſect. 32. Timæum lib. 3. epiſt. 31. p. 691. Grül. Flor. chem. p. 6. c. 32. Rolfinc. 9. conſil. 1. Timæum lib. 3. morb. infimi ventris, caſ. 37. p. 171.

Ad nephritidem *Senex exercitatiſſimus* ſæpius citatus has miſturas ſuadet:

℞. aq. fragar. fragor. ſaxifrag. petroſel. pimpinell. fænicul. aniſ. *veronic.* ā ʒvj, contra calculum F. ℥iß, ſpir. junip. ℥j, eſſent. ſalis tartar. ʒß. M. S. Grieß-Waſſer.

℞. aq. ſaxifr. malv. *veronic.* cum vin. petroſel. heder. terreſt. vel arbor. chærefol.

an. ℥j, tinctur. tartar. ℈iiß, mag. oc. 69rum ℈j ſir. de alth. ℥j, ſpir. tereb. gr. vj. M. S. Urteſi-juleb.

℞. aq. ſaxifr. *veronic.* chæref. malv. pariet. an. ℥ij, nucl. perſic. ʒvj, f. Emulſio adde ſir. de limon. de alth. an. ʒ vj, ſpir. ſalis ℈j, M. S. Trunk auf zweymal vor dem Bad.

Filiolus Joſephi Schinnageli immanibus renum calculo doloribus affligebatur, cui præſcripſimus:

℞. aq. *veron.* ℥ij, ad calculum F. ſir. violar. ſimpl. an. ℥j, ſpir. ſalis rectif. ad gratiam &c. excrevit plurima calculi fruſtula & arenoſam materiam cum omnium dolorum ceſſatione.

Sequenti medicamento laxante cooperantibus aliis in textore quodam D. *Schapplerus* cruciatus nephriticos ac calculoſos feliciter ſuſtulit:

℞. Elect. cathol. limit. ʒvj, ex ſuc. roſ. ʒiij, ſir. roſ. ſolut. ʒvj, decoct. ſen. ℥iß, aq. *veronic.* ℥j, M.

Evolvatur iterum Grülingius 3. univerſ. Evac. gen. p. 6. Hildan. 3. obſ. 68. 69. 71. Curi ſiT. Biantis Κρουνοβολογ. p. 275. Rolef. 4. chem. ſect. 2. c. 14. p. 239. ejusd. Oid.

Ord. & Meth, com̃. p. 809. & p. 257. Crat. lib. 6. conſ. 84. Zobel. Chymiſche Perle p. 194. Timæus à Guldenklee p. Operum 403. 893.

In dolore calculoſo Senex Anonymus poſt pia fata excellentiſſimus cuidam balneum hoc ordinat:

℞. herb. malv. pariet. chamom. aneth. ſaxifr. alb. urtic. *veronic.* petroſel. artemiſ. beton. an. miß, ſem. lini ℥iiij, aniſ. fænic. dauc. ameos an. ℥ ij, bacc. laur. excort. ℥iij, junip. ℥vj, inciſ. S. Kräuter zum Bad.

Sequentem ſacculum D. *Gr. Horſtius* renibus in balneo applicavit:

℞. *veronic.* beton. malv. mercurial. an. mj, flor. cham. melilot. an. mß, ſem. lini ℥j, aniſ. fænic. an. ℥ij, inciſ.

Cum Dn. Elias Hollante paucos dies dolore nephritico atrociſſime laboraret huic occurrit D. *Jo. Widemannus* ſeq.

℞. hyoſcyam. mij, malv. mj, violar. pj, *veronic.* mij, cap. papav. alb. nro vj, rad. alth. ℥j, inciſ. S. Kräuter zum Bad.

Sequens balneum *veronicatum* ordinat *Bartol. Wolfhardtus* viro cuidam in dolore calculi:

Rec.

℞. parietar. mij, *veronic*, miij, ſaxifr. virg. aureæ, heder. terreſtr. an. mß, rad. ononid. bardan. an. miiiß, flor. ſambuc, hyperic. an. miiß, ſem. geniſt. urtic. an. ℥j, fænugr. lin. an. ℥iij, f. balneum.

Alius fotus videri poteſt ap. Gruling. Pract. M. p. 498. Hildan. 3. obſ. 71. Timæum Op. p. 177. imprimis ſal nephriticum à Mynſichto Arm. Chem. p. 200. præſcriptum calculum veſicæ & renum in ſua prima principia reducens utile eſt, quod mihi ſæpius experto credendum, vinum nephriticum ap. Beckeri Hauß-Apoteck p. 425. potio laxativa ap. Plater. Mantiſſ. Obſ. p. 67. aq. antinephritic. Mynſichti Arm. Chem. p. m. 322. enema ibid. p. m. 451. 452. balneum ap. Karrichterum edit. Cardiluc. p. 347. Elix. nephrit. Schröd. Pharm. Med. lib. 2. p. m. 189.

CAPUT II.

De uſu Veron. in iſchuria & dyſuria.

AB intra, præter Emulſionem Doct. *Jonſtoni* Pract. Med. p. 1009. *veron.* inſignitam; ſequentem potionem ſolutivam in iſchuria & alvi duritie Doctor *Strölinus* magni facit:

Rec.

℞. flor. violar. borrag. an. mj, liquir. ſe-
beſt. ā ℥ß. junip ℥j, ſem. fænic. *teucrii* q.
mß, croc. ſpic. ā ℈ ß, f. decoct. in ſ. q. aq
lactis ad excoctionem dimidii col. ℞. q. ſ.
ad diſſolv. diaphænic. ℥ß. epiſcop. ʒij, M.
f. potus qui dulcoretur cum melle roſat.

Nec, mea ſi quæ eſt ſententia, male, hac
enim ratione purgatio, dum per alvum
proritat, per conſenſum ſimul veſicam ſti-
mulando etiam excretionem adjuvat, &
ſic una fidelia duos dealbare poſſumus pa-
rietes.

Ipſus iſchuriam vitio veſicæ obſervavi
per triduum in febri hungarica laborante
juvene, cui ſequenti ſubveni cataplaſmate:

℞. herb. *veronic.* mij, malv. parietar. an.
mj, inciſ. coq. in ſ. q. aq. ad formam pul-
menti, cui adde adipis anſerin. ℥ij, olei
ſcorp. ℥j, terebinth. ℥ß, M. f. cataplaſma
calide applicandum partibus urinariis.

Huic ſimile *Bartol. Wolfhardtus* viduæ
Georgii Græken cum ſucceſſu ordinavit:

Rec. flor. chamæmill. melilot. an. miß,
malv. biſmalv. parietar. *veronic.* ā mj, ca-
pit. allii nroiij, ſem. lini, ℥j, coq. in aq. &
vino ā q. ſ. ad mollitudinem hinc adde ping.

anſe-

inſerin. & ol. ſcorp. an. q. ſ. f. Catapl. Balneum in eodem affectu ex ſeq. Dom. Jo. Bernh. à Loſenſtein *Idem* parare jubet:

Rec. herb. artemiſ. puleg. an. mj, *veron.* miij, chærefol. malv. rutæ an. mß, rad. petroſel. apii an. ℥iiij, parthenii, melilot. chamomill. an. miß, ſem. lini ℥iß, cort. popul. alb. ℥ij, f. balneum.

Sic pagano in meſſi nupera nimiam ob ingurgitationem lactis viſcidi urinarias vias obſtruentis, ex ſententia viri ob cordatam eruditionem invidiæ undiquaq; etiam poſt pia fata vexati *Bontekoe*, in iſchuriam per octiduum incurrenti ſeq. præſcripſi cum ſucceſſu optimo:

Rec. aq. *veronic.* ℥ij, ſuci perſic. rec. ℥ß, olei terebinth. æther. gtt viij, roob junip. q. ſ. M. f. hauſtus.

Non vero ſolum ceſſante lotii excretione, verum etiam quando cum magno conatu accedente dolore & ardore quaſi urina effluit *veronic.* noſtra prodeſt, quatenus acrimoniam urinæ ex ſtagnatione factam temperat & ſenſum irritatæ demulcet veſicæ.

Civis oppulentus quidam cum ex hauſtu cereviſiæ non defæcatæ, aciditatis partim in veſicam

veſicam reportante; in dyſuriam incidere moleſtiſſimam; opem petenti meam non denegans præſcripſi:

Rec. ſem. melon. excort. ℥ß, citrull. hyperic. an. ℨij, papav. alb. ℨß. f. cum aq. *veronic.* ℥iiiß, cinam. ℨij, l. a. Emulſio cui adde; lap. percar. oſſ. ſep. an. ℈ij, ſir. di. alth. q. ſ.

Iſtiusmodi emulſio videri licet ap. Scultetum noſtrum Arm. Chirurg. P. 2. p. m. 118. item aqua *veronica* dotata ap. Mynſicht. Arm. Chem. p. m. 324. Timæum à Güldenklee Operum ſuorum p. 405. Welſchium Chil. 1. obſ. 482. p. 120.

Sartoris cujusdam uxor ultimis hebdomatibus gravidæ ob materiam ſabuloſam dyſuria laboranti cum εὐφορίᾳ internis non neglectis ſuaſi: Rec. rad. alth. lil. alb. aa. ℥iij, herb. malv. bismalv. origan. verbaſc. an. mj, *veronicæ*, fl. chamom. an. miij, melilot. mij, bacc. jun. ℥iij, ſem. lini ℥ij, inciſ. M.

In ardore urinæ Licentiatus *Salzmannus* ſeq. ſæpiſſimè utitur potione: Rec. malv. malvaviſci, flor. nenuph. bugloſſ. an. mj, Ziziph. ſebeſt. an. ℥iß, ſem. malv. ciminell. an. ℥ß, fol. *teucrii* mj, alkekeng. ℨij, f. decoctio

in

ʒ ℔vj aq. fontis usq; ad medietatis con-
ſumt. & colaturæ addatur Zuccar. ℔j.

In difficultate urinandi ab humoribus groſſis D. *Linſius* anno 1551. Joanni Kreſſer cum aliis deoppillativis dedit:

Rec. Elect. Eleſcoph. ℥ß, diaphænic. ʒij, aq. *teucrii* deſtillat. q. ſ. f. hauſtus.

In dyſuria pro Baroniſſa quadam præſcripſit D. *Theophilus Mercklinus*:

Rec. ſir. dialth. namph. *veronic.* an. ℥j, balſam. ſulph. tereb. ʒß, ol. junip. ℈ß, MS. Safft nach und nach angegebner Maaſſen zu gebrauchen.

CAPUT III.

De uſu Veronicæ *in Diabete.*

VEronica invigorat quoq; Archæum veſicæ & urinarium impedit nymbum.

Nuperrime ruſtico cuidam, cum maxima torqueretur ſiti, copioſum lactis ſerum deglutienti & in continuam urinæ dulcis, ob ſalium depaſcentium combinationem cum particulis abraſis viſcoſo ramoſis, excretionem incidenti, præmiſſo vomitorio, cum in ventriculo hujus fructus radix hæreret, ſequentem ordinavi miſturam:

Rec.

Rec. decoct. *veronic.* ℥vj, corall. r. præp. terr. ſigill. an. ℈ ij, ſir. roſ. ſic. ℥ vj, M. cum vero reditum neglexiſſet, neſcio ego, num hæc aliquid juverit.

Doctor *Harderus* Phyſicus Geiſslingenſis Viro cuidam ex Apoplexia diabetico ſequens balneum ordinavit:

Rec. cort. granat. acac. an. mij, roſ. r. gallar. an. mß, herb. *veronic.* fol. querc. an. mj, gran. myrth. ℥ß, ſpodii ℥ ij, Miſce bulliant ex aqua fabr. ferrar. pro balneo.

Confer. Hildan. 5. obſ. 53.

CAPUT IV.

De uſu Veronicæ *in Mictu cruento.*

IN cruento mictu, inprimis ab acredine vel vaſorum ex angulis duelech dilaceratione, renaliumq; ſiphunculorum reſeratione, orto, *veronica* ſociata cum agrimonia & hyperic. ſingularem promittit energiam & effectum.

Hinc ſequens miſtura in hoc caſu à nimia exitialis vini aduſti ſanguinem ad

διαπη-

μακρήδησιν diſponentis ingurgitatione cauſata profuit.

Rec. aq. agrimon. *veronic*. an. ℥i, cinam. ſpirituoſ. ʒ iij, coral. r. præp. terr. catechu ℈j, laud. opiat. gr. j, ſir. coral. Q. ʒiij, M.

Vir quidam annorum 58 diu de dolore dorſali conquerens ſuaſu ſodalitii carnificem, ob multitudinem ægrotantium ſat celebrem, conſulebat, carnifex, qui nec medicamentorum vires, nec morborum cauſas, nec cauſarum ordinem, nec ſymptomatum concurſum, nec aliarum rationum momenta ritè obſervat oleum tereb. cum ſpirit. junip. copulatum largiter aſſumendum dedit, & quamvis mictum cruentum audiret excitatum, ut his pergat, auctor fuit, ſed viginti diebus poſt oculos occluſurus me vocat, aſt & V. S. & attemperantibus opiatis & *veronicatis* fruſtra applicatis cum Simone extremum vitæ clauſit in orbe diem.

Heic vero obiter noto, multitudinem ægrorum, domum Practici ſemper circumſtantium, non facere Medicum authenticum, ſed qui procedit ſecundum principia Magni *Helmontii*, cui debemus poſt *Hippocratem*

cratem omne id quidquid orthodoxæ habemus ſcientiæ.

Talibus deinde, ut ingenuè fatear, fidelium Medicorum opem carnificis temeritati poſtponentibus invito medicor animo.

Addatur Millerus Miracul. chem. p. m. 167. Grüling. Pract. med. p. 554. ibidemq; citati auctores. Timæus Operum p. 415. Mynſichtus Arm. Chem. p. 386. Grüling. 4. curat. 92. p. 118.

Membrum V.

De morbis partium genitalium virilium.

CAPUT I.

De uſu Veronicæ *in pruritu pudendorum, ſcabie & ulcere veſicæ.*

Etiam pruritum pudendorum, ulcera & ſcabiem veſicæ abſtergendo acre acidum ſtrenue ſanat, cujus rei exemplum nobiſcum communicat Doctor *Otto Rothius*:

℞. malv. mvj, ſiclæ, *teucrii*, mercurialis an.

an mij, rad. alth. ℥ iß, atriplicis, ſalicis an. mj, violar. mi ß, bacc. junip. mij, incidantur g. m. & in hoc decocto tepidè balneet quotidie per duas horas.

Videatur quoq; Lotich. lib. 4. cap. 5. obſ. 13. Hildanus 4. obſerv. 81. noſter Ettmillerus Oper. Pr. part. 2. p. 124. Etiam uſum habet in phimoſi & paraphimoſi noſtra *veronica* vid. Hildan. 5. obſerv. 57. & 58.

CAPUT II.

De uſu Veronicæ *in Tumore ſcroti.*

AD teſticulorum duritiem & dolorem curandum D. *Jo. Bernhardinus Kellerus* tale *veronica* coronatum cataplaſma apponit:

℞. rad. alth. ℥j, fol. malv, melilot. *veronic*, aneth. an. mj, flor. chamom. pj, farin. ſem. lini ℥ij, fænugr. ℥j, coq. in lacte ad mollitiem pulmenti, deinde piſtentur add. mucag. ſem. fænugr. lini ℥j, olei chamom. aneth. liliac. an. ʒvj, M. pro cataplaſmate calide teſtibus applicando præſertim tempore nocturno.

Contra eundem tumorem valet hoc D. *Meindelii* coriario cuidam ordinatum feliciter anno 1622.

℞. herb. *veronic*, malv. an. mß, rad. lil. alb. alth. bryon. cucum. aſin. an. ℥ß, ficuum nroiij, farinæ ſem. lini, fænugr. an. ℥ß, croc. ʒ ß, M. & decoq. cum ſ. q. aq. com. ad mollitiem, piſtentur & cum oleo lil. & axungia porcin. q. ſ. f. cataplaſma.

Juvenis quidam annorum 22. circiter Laupheimienſis coram me conqueritur de tumore ſcorti, ita ut ambulationem impediret, hunc ſequenti cataplaſmate applicato tepidè perfectè curavi:

℞. farin. rad. alth. bryon. an. ℥j, hord. fænugr. lini, an. ℥ß, bacc. laur. ſem. carv. an. ʒ ij, flor. chamæm. *veroniс*. an. m ß, M. f. pulvis S. Pulver in Milch wie ein Brey zu ſieden und überzuſchlagen.

Videatur porro obſerv. Maichanquez Ephem. A. N. C. G. an. 3. n. 175.

I F

CAPUT

CAPUT III.

De uſu Veronicæ *in Gonorrhæa.*

IN Gonorrhæa egregium faciunt *veroni-cata* officium præmiſſis & interpoſitis evacuantibus, martialibus & balſamicis, v.g.

℞. rad. cicor. glycyrrh. fænic. an. ℨj, alth. ℨiß, Zozegi ℥j, *teucrii*, menth. an. mß, bulliant in ſ. q. aq. fluvialis ad conſumtionem tertiæ partis & huic decoctioni adde mellis ℔ß, & aceti ℥ij, & iterum coq. bene deſpumando ad medietatem, deinde coletur & fiat ſirubus. doſis erit quotidie ℥iiij.

Hic Doct. *Strölini* ſirubus in Gonorrhæa vera acrimoniam partes genitales irritantem corrigendo, eamq; ob ſignaturam ſcoparum more abſtergendo maxime prodeſt.

Hanc ſpeciem Gonorrhææ obſervavimus nuper in juvene quodam 18. añorum ſcorbuto laborante, acido vero in paraſtatis ſtagnante & veſiculas ſeminales ad ejaculationem inſtigante, correcto, hæc emanſit, imprimis autem poſt tincturam ♂nii tartariſatam ſequentem miſturam celebrabat;

℞. aq. millefol; menth. *veronic.* an. ℥ij, antiſcorb. ℥j, oſſ. ſepiæ ʒ j, ſuccin. præp. ℈j, antimon. diaphor. ſacch. ſaturn. an. ℈ß, ſir. nymph. q. ſ. M.

D. *Harderus* hoc ſirubo utitur:

℞. bellid. min. *veronic.* menth. lactuc. an. mj, rad. nenuphar. tormentill. urtic. an. pj, M. f. decoctio ℞. hujus decocti ℥iiij, ſir. nenuph. ℥j, de roſ. ſiccis ℥ß, M. pro ſirubo.

Doctor *Verbezius* Viro cuidam ex impuro coitu gonorrhæam virulentam contrahenti præmiſſis aliis, ſeminis, peregrino miaſmate ſalino infecti ſpumaſcentiam tollentibus ſequens pro exulceratione urethræ per ſiphonem injecit:

℞. rad. ir. flor. ℥ß, agrimon. *veronic.* an. mß, aq. com. q. ſ. coq. ſ. a. ad tertias, decoctum cum album. ovi clarificetur, ℞. hujus decocti clarif. ℥v, mell. col ℥j, aloes ℈ij, M.

D. *Andreas Papius* nobili cuidam in gonorrhæa & ulcere glandis poſt alia tabulas haſce præſcripſit:

℞. conſerv. *veronic.* ℥ij, pulv. diatrag. frigid. triaſantal. an. ʒ j, troch. de ſpod. Gord. an. ʒß, oſ. ſepiæ ℈ j, ſacch. diſſolut. in aq. nenuph. f. ſ. a. tabulæ.

Vid.

Vid. Crato Conſil. 162. Craan obſerv. 44. pag. 632.

Membrum VI.

De morbis Mulierum.

CAPUT UNICUM.

De uſu Veronicæ *in Sterilitate muliebri.*

VEronica ſpecificè revivificat imaginem virilitatis & extinguit malevolum ſterilitatis ectypum, exemplum monſtrat Excell. *Doctor meus Rolefincius* lib. 10. conſ. 1. item celeb. Jünckhen Chem. Exp. p. 803.

Etiam rara & vix perſcrutanda efficacia deſtruit ideam ſterilitatis muliebris.

Nulli auctorum hoc credidiſſem, niſi & ipſe fuiſſem expertus.

Hoſpitis oppulenti pagi Ronſtet uxor ſaniſſima annorum circiter 34, duodecim annos ſterilis in conjugio vivens per amicum deſiderabat, ut eam fœcundem, num, dixi, Deum me eſſe putat, ut illi dare poſſim fæcunditatis benedictionem, aſt opportune

 mihi

mihi conſilium *venerabilis Senis Paulli* Quadr. Bot. p. 513. incidebat, quod ſequenti modo immutatum præſcripſi:

Rec. herb. *veronic.* mij, fol. ſen. ſ. ſt. ℥j, crem. tartar. ʒij, paſſul. mm. ℥iij, cinam. ʒiij, antophyll. ʒj, inciſ. contuſ. f. ex ſerico albo marſupium S. Säcklein in Wein zu legen.

Rec. herb. *veronic.* ℥j, maſtich. el. coral. r. præp. an. ʒj, conf. alk. cum moſch. & ambr. ʒ ij. M. f. pulvis.

His rititiſſime uſurpatis Omnipotens Deus mariti congreſſui benedixit adeo, ut elapſis novem menſibus vividum enixa fuerit filiolum.

Idem pulvis nuperrime civis cujusdam primarii Urbeculæ Auſtriacæ Ehingen, uxorem ſemper quinto, ſexto & ſeptimo graviditatis menſe fœtum nondum perfecte maturum excludentem adeo fecit aptam, ut quamvis ab incendiariis Gallicis maxime perterrefacta tamen circa initium decimi menſis legitime pareret vegetum filiolum.

Annus eſt cum à Nob. ac Excell. *Domino Jo. Matth.* Schwartz *J. U. L. & celeb. Imperial.*

perial. Cœnobii Elchingenſis Conſiliario fideliſſimo, morbi cujusdam muliebris cauſſa, vocarer, fortuito mihi, medicarum rerum ineditarum, cupidiſſimo M*s*tum quoddan antiquitatem ſat ſapiens monſtrabat, cujus folia obiter verſans empyricam ſterilitatis muliebris curationem huc jure merito, præcipuum ob ingrediens, verbotenus referendam, legi:

Wann die Zeit der Roſen gleich für iſt/ ſo hebts an/ biß daß ſie wieder komt/ laſſet alsdann in allen Sachen nach. Laßt euch in der Wochen zwey oder drey Schweiß-Bad machen/ und wann ihr wolt ſchwitzen/ ſo nemmet langen Pfeffer/ Muſcaten-blühe/ Nägelin/ aber die groſſe Nägelin ſeynd unter denen andern die beſten/ laß das alles zu Meel ſtoſſen/und thue es in ein weiß Lilien-Oel/ wann ihr im Bad wolt ſchwitzen/ ſo laſſet euch die Lende wol darmit reiben/und von unten den Nabel/daß euch gleich iſt/als brenn es alles/ drauf legt euch in ein Bett/ und raſtet eine weil/ auch daß euch die Füß allwegen warm bleiben/und in der Zeit weil ihr Badet/ ſo nemt Ehrenpreiß-Pulver und das Waſſer von Ehrenpreiß-Kraut ein-

ein kleinen Löffel voll zu einem Trincklein/ zu Nachts nemmet es wie ihr wolt/ aber zu Morgens frühe müſſet ihr vor etwas warms eſſen / und zwey Stund darauf faſten/ auch eſſet nichts kalts oder grobs/ und enthaltet euch aufs kürtzeſte acht Tag vor dem Hertzen/ wie ihr wiſſet.

Etiam D. *Bartol. Wolfhardtus* uxori Jo. Borſt per 6 annos in conjugio viventi cum ſucceſſu optimo commendavit:

℞. rad. fænic. enul. ariſtol. rot. an. ℥ß, rub. tinct. eſul. an. ℥j, meliſſophyll. puleg. artemiſ. matricar. an. mj, *veronic.* mij, ſem. aniſ. dauc. an. ℥ß, uvar. paſſ. ℥j, prunor. nrovj, flor. calendul. leucoi an. mß, ſen. alex. polyp. q. an. ℥j, agaric. Zingib. an. ʒiß, galang. ʒ j, croc. ℈j, coq. in aq. q. ſ. ad ℔ ß, colatur. add. ſir. calaminth. ℥ij. f. potio, dentur ℥iiij in aurora per 5 dies.

His jungatur illuſtris J.G. Volckamerus Eph. A. N. C. G. an. 9. & 10. n. 62. Clariſſimus Rajus Hiſtor. Herbarum. p. 821. Grülingius Pract. Med. p. 630. Höferus Hercul. Med. lib. 6. p. 302.

SECTIO-

SECTIONIS III, *PARS I.*

DE USU VERONICÆ SPECIALI *In* *FEBRIBUS*

CAPUT I.

De uſu Veronicæ *in febribus intermittentibus.*

VEronica noſtra quavis forma uſurpata, vel etiam aliis ſociata alkalinis ſeminalem febrium characterem, acidum nempe p. n. in ſtomacho primis viis & tota maſſa ſanguinea imprimis in initio extirpat & eradicat.

Præſertim alkali cryſtallinum antifebrile noſtrum *veronica* illuſtratum egregium eſt, & multæ experientiæ, rumpantur ut ilia quorundam λογιατρῶν contra id nuperrime imputentia ſpargentium mendacia, vere enim teſtari poſſum, me præter Excellentiſſimi Inventoris obſervationes, annuente Dei gratia, cito, tuto & jucunde varia-

rum febres idearum, quæ alias purgationibus etiam fortiſſimis,præſertim vegetabilibus, V. S. crebrioribus & dulcacidis julebis novem & decem ſeptimanas cedere noluere absq;omni recidiva eradicaſſe,quamvis ob febrium malitiam, diuturnitatem & effrænatos ægros id quandoque illuſerit & ludicris phantaſticisq; remediis auſcultaverit, quorum de abuſu videri poteſt incomparabilis *Georgius Francus* quem

- - - - - Muſa vetat mori

Patronus devenerandus in Eph. A.N. C. G. dec. 2. an. 2.

Ad febres experimentum forte nullibi adhuc repertum commendat *Otto Rothius* veteranus Practicus ulmenſis, quod:

Rec. ſucor. cicoreæ, cent. min. *veronic.* depuratorum an. pij, aquæ cicoreæ deſtill. pj, M. dentur cochlearia iiij, in principio paroxyſmi & ei non erit par.

Ad febrem tertianam curandam ſuadet *Bartol. Wolfhardus* ſeq potionem qua Dieteric. Schinagel ſanitati reſtitutus an. 1565:

℞. decoct. cichor. abſinth. gentian. C.B. cent. min. ℥iiij, in iis infundatur 12. horarum ſpacio *veronic.* mß, colaturæ addatur ſir. de cichor. ℥iß, f. hauſtus. Se-

Sequenti hauſtu Dominus *Jo. Fingerlin* ſecretioris conſilii à Synocho ſimplici liberatur:

℞. rad. cichor. cum herb. miß, *veronic.* mß, rhab. el. ℥ ß, coq. in aq. q. ſ. ad conſumtionem tert. partis, colat. ℞. ℥iiiiß, caſſ. rec. extr. ſir. de cichor. cum rhab. an. ℥j, M.

Jam laudatus Medicus Ambroſio Weiſs Hoſpiti balnei ſalutaris quod eſt Dalfingæ in quartana cum maculis proponit potionem ſeq.

℞. cort. cappar. tamariſc. an. ℥j, Zedoar. ʒiij, *veronic.* mij, flor. borrag. bugloſſ. an. pij, ſem. aniſ. apii, an. ʒij, melon, ʒj, rhab. el. ʒ ij, Zingib. ℈ iß, polyp. q. ℥ß, ſen. alex. ℥iß, coq. in ſero lact. caprin. ad ℔iß colat. add. diaturb. cum rhab. ʒvj, ſirub. byzant. ℥iij, f. potio.

Sæpiſſime loco vehiculi aqua *veronicæ* ſpirituoſa in febribus uſurpatur, unicam ſubjungemus heic obſervationem.

Cum aliquando ad nautam quendam febri maligna laborantem vocarer, & frater ejus natu minimus febri intermittente 18 ſeptimanas à fonte pertinaci foto, laboraret, ut de præſenti tinctura bez. 50 guttu-

las cum ℥iiij, aquæ *veronicæ* aſſumeret, autor fui, quo facto febris unico præbio jugulata eſt.

Illuſtri & generoſo viro David ab Oſten Sacræ Regiæ Majeſtatis Sueciæ Camerario & Locumtenenti Dilingano valde de febri tertiana intermittente ſpuria querenti inter alia præſcripſit D. *Sebaſtianus Stromayerus* anno 1632 ſequens:

℞. C. C. præp. ocul. ♋rum præp. ān. ℈ ij, margarit. præp. ℈ß, aq. è ſuc. *veronic.* ℥ij, ſir. de limon. ʒ vj, M.

D. *Philipp. Lud. Ebenus* Illuſtri ac nobili Dn. Ulrico L. B. à Stozingen in Delmenſingen ſex annos recidivam febris tertianæ intermitt. circa Majum ſentienti præſcripſit, quo totaliter ab eo liberatus fuit:

℞. vitri antimonii pulv. g̃v, aq. *veronicæ* ʒ ij, f. infuſio per noctem, mane filtretur per chartam aliquoties ut f. clara pro una vice.

Attende febris hæc quotannis verno tempore occaſionaliter expergefacta exactè priorem repetiit tragœdiam, quod non eſſet poſſibile, niſi ens reale morboſum adeſſet, quod hac antimoniali remedio viri-

bus

bus *veronicæ* aucto uno ictu extinctum extirpabatur.

Textorem quendam tertiana intermittente vexatum præmiſſa potione laxativa, ſequenti fauſtiſſime curavit beatus *Jo. Pfauzius* olim in phyſicis ſtudiorum meorum ductor fideliſſimus:

℞. rad. dictam. gentian. an. ʒß, ſalis *veronic.* ℈j, M. f. pulvis in ij p. æq. dividendus.

℞. aq. *veronic.* C. B. an. ℥iij, MS. Waſſer zum Pulver.

Infanti trium annorum opificis cujusdam febri intermittente quadam laboranti ſeq. ordinavi:

℞. flor. roſ. ℥j, cinam. ʒß, coriand. ℈ß, aq. *veronic.* ℔ß ſtent in loco calido per aliquot horas coletur & addatur, ſir. ribium rub. id. an. ℥ß, Aceti roſac. ʒiij M. f. potio, qua ſæpiculè data febris optime profligabatur.

Contra vero hujus ſororcula unius anni cum dimidio eadem tentata, omnia reſpuens tandem diarrhæa, ex ſententia *Chriſt. Langii* Tract. misto de morbis infantum c. 2. nihil fauſti promittente conſumta vivere placide deſiit.

In tertiana exquiſita die quietis mulieri cuidam D. *Auguſtinus Thonnerus* de re medica meritiſſimus & nunquam ob candorem ſatis laudandus Senex, nodulum præſentem pro more feliciſſime præſcripſit:

℞. rad. cichor. enul. polyp. q. rec. an. ʒij, herb. abſinth. rom. C. B. *veronic*, meliſſ. anthos an pj, fol. ſen. el. ſ. ſt. ʒx, agaric. rec. troch. rhab. el. an. ʒiiß, crem. tartar. rad. jalap. an. ʒiß, paſſul. m. ℥j galang. ℈ij, conciſ. dentur ad ſacculum pro 3. quart. vini & aq. cichor. ℔j.

Juveni ſartori annos 20 circiter nato febri quartana cum tuſſi atrociſſima, capitis dolore & deſiderio vomendi jam 25 ſeptimanas correpto, præcipitatis acidis pulvere quodam antimoniali, particulis, ſequens potio curæ coronidem impoſuit:

℞. decoct. *veronic.* polyp. quern. ℥iij, pulv. gialap. reſin. ℈j, crem. tartari ℈ß, ſcam. ſulph. g̃vij, antimon. diaphor. g̃vj, cinab. antim. rit. præp g̃j, M.

An hæc methodus alibi etiam ſuccedat in medio relinquo. Excell. *Antonida van der Linden* in Colleg. Hartman. msto dato purgante exacerbationem febris ſtatuere

videtur,

videtur, & poſt fata etiam odioſus Bontekoe eos hæc propinantes magnum comittere errorem perhibet fund. med. p. 162. §. 9.

Refert mihi quidam Præfectus, non neminem ex ſubditis ſuis febri quartana in tertium annum afflictum fuiſſe curatum retentione herbæ *veronicæ* absq; evulſione in manu ſiniſtra ad marcorem usque, ἐγὼ δὲ ἔχω ὐδεμίαν πεῖραν.

Porro adi Grulingii Pract. Med. p. 728. Höferi Med. famil. p. 120. Gruling. 4. obſ. 64. Sennerti 2. febr. 19. Excell. Aretæi Colleg. Anat. p. 689. ejusdem obſ. 98. dec. 2. an. 7. Miſcell. A. C. G Loſſi Conſil. Med. p. 162. Zobelii Chimiſche Perle p. 151. & 281.

CAPUT II.

De uſu Veronicæ *in febribus malignis.*

ETiam *veronica* noſtra in febribus malignis Hungaricis, petechialibus, varioliis & morbillis (ut malignarum ſimul mentio

tio fiat) comodiſſime reliquis adjunguntur alexipharmacis, ſive ſit in declinatione cum pulveribus abſorbentibus, cordialibus loco vehiculi, ſive in principio, ſi æſtuatio corporis obſervanda; in hujus rei teſtimonium afferamus.

Cum ſtudiorum gratia Tubingæ degerem, juvenis 15 annorum Sartoris noſtri, cum magiſtro cariſſimo febri maligna laboranti fideliter ſerviret, illiq; totas advigilaret noctes, in idem morbi genus graviter incidit, aſt cum illi curta eſſet ſuppellex, me, ut vilioribus tantum remediis ſubvenirem, etiam atq; etiam rogavit, quem præmiſſo vomitorio antimoniali, decocto *veronicæ* cum herb. & hord. pro vehiculo & potu ordinario, & pro continua diaphoreſi, ſequenti Elect. tutiſſime ope divina curavimus:

℞. roob junip. ℥ iij, pulv. *veronic.* boli arm. an. ʒ ß, Miſce.

Jam ſæpius citatus *Anonymus juvenis Medicus* ab hac callidiſſima vulpecula interemptus ſequenti miſtura characterem hunc occaſionaliter corruptam imprimis putredine vincente correxit:

Recip.

℞. roob ebuli ℥ß, ſalis C. B. terr. ſigill. C. C. ſ. igne calc. an. ℈ j, aq. *veronic.* ℥iiiß, M. S. Schwitz-Trunck.

Siti in hiſce ærumnis ut ſubveniatur Doctor *Nobſius* ſeq. præſcribit potionem:

℞. conſ. roſ. r. borrag. an. ℥j, bugloſſ. ℥ß, condit. citri ℥iß; conſerv. rad. cichor. ℥ß, diſſ. in aq. C. B. ℥viij, acetoſ. borrag. bugloſſ. cichor. an. ℥iiij, *veronic.* ſcabioſ. an. ℥ij, bulliant invicem unica ebullitione colaturæ claræ adde ſucci ribium ℥ij, acetoſ. citri, berber. an. ℥j, M. f. potus.

Cùm morbus malignus à militibus noſtris ante triennium ex Hungaria redeuntibus invaleſceret, heic loci, ſæpius granum ſeminale, in quo mortifica hæc imago eſt delineata; ſequenti potione in herba oppreſſimus:

Rec. aq. *veronic.* ℥ij, è typh. cerv. ℥ß, tinctur. bez. M. ʒj, ſir. acetoſ. citri ʒij, M. S. Bezoardiſcher Hertz-Trunck.

Etiam in præſenti κεφαλονόσῳ à præcedente nebuloſa & auſtrina hieme exorto adeo commendabilis eſt *veronicæ* uſus, ut à vulgo pro morbi hujus euporiſto habeatur. Contagioſus eſt utplurimum, verum non

ad

ad diſtans; primum ægros acuto capitis dolore prehendit, mox horror, virium dejectio, difficilis reſpiratio,& à cibis averſio acceſſit,probabilem ob ſaburram circa primas vias & ſub mucronata cartilagine (ubi ſemper ægrorum digiti) ſtabulantem, hinc primo morbi ſtatim inſultu medicina ♁ ialis exhibita ſæpiſſime profuiſſe, è contrario verò utplurimum ſecunda vel tertia die demum ſanguinem mittentibus funeſtum fuiſſe, ipſus teſtor, de quo autem forteam alibi ſi vivo, ero prolixius.

Excell. Doctoris *Joannis Sebaſt. Bloſſii* potiuncula ab febres malignas non infimæ notæ fuit ſequens ad ipſo crebra experientia comprobata:

℞. aq. C. S. fr. ℥ij, Mixtur. de tribus ſpirit. ʒj, ſir. de ſuc. *veronic.* ʒ x, M.

Idem Auctor olim celebratiſſimus ſequenti purgatione in febribus malignis frequenter uſus eſt:

Recip. extr. cnicopharm. And. diacitr. R. an. ʒj, cryſtall. tartar. ſir. roſar. ſolut. ℥ß, aq. *veronic.* q. ſ. verum cum teſte experientia ægrotum, imprimis prædominante malignitate, citius jugulet, vel diarrhæam colliqua-

uativam, in his febribus perniciofiſſi-
am inducat, tutius mihi erit magis per
:zahardica quam purgantia evacuare, aſt
iique ſuum caput ut pileus.

Emulſionem in variolis & morbillis ex-
alſivam ſuavem & extemporaneam præ-
ribit D. *Jo. Wolf. Rabus*:

℞. ſem. napi ʒiß, C. B. citri an. ʒj,
im aq. *veronic*. C. B. bez. meæ an. ℥ß, adde
. acetoſ. citri ℥j, Miſce:

Cum ante quinquiennium febris quædam
lea, cujus etiam meminit vir judicii acer-
mi Excell. *Borrichius* in Act. Hafn. vo-
m. 5. n. 61. heic loci graſſaretur, multosq;
etineret, quidam etiam ſub cura mea
ant, quos omnes Deo benedicente, beza-
ardicis aliis ſociatis ex mortis faucibus
ipuimus.

Unicum adducamus exemplum propter
mptomata ex ephemeridibus noſtris, quæ
ibi obſervare contigit.

Conjux Mercatoris Civis mei annorum
iquot ſupra triginta, texturæ tenerioris,
um initiante junio inſolitus æſtus homini
pecuti gravis eſſet, febricitare cœpit,
im laſſitudine, ſuſpirio alto & nauſea, ac-
ceſſit,

ceſſit, ceu mihi relatum eſt, circa veſpera propenſio in ſomnum, qui tamen ſat tu multuoſus erat, altero die, de dolore lanc nante & pedum & brachiorum & cord & dorſi conquerebatur.

Vocatus ego eam inconcinna loque tem irrequietam, intenſiori genarum rub re, adaucta febre, preces varias celeri & ſ ticuloſa lingua recitantem inveni.

Hoc quid ſit, in bivio hærens illico poſ poſita omni purgationis & venæ ſection apparatu præſcripſi potiunculam ſeque tem:

℞. aq. tenell. C. C. ℥ß, *veronic.* ℥iiß, ra contrayerv. ℈j, bez. mineral. ℈ß, unicor foſſ. gr. v, laud. opiat. gr. j, ſir. acetoſ. citri ℥ii Miſce S. bezoardiſcher Hertz-Trunck w zu rüttlen. Hoc hauſtu natura ſuccumbe in pedes erecta ipſum ſubjugavit hoſten nam promanante ſudore puſtulæ inſtar pu licum ictuum totum obrepſerunt corpi cum remiſſione dolorum, hinc iteratis hiſc cum ſcorbuticorum addito & hæc evan ere & ſpacio paucorum dierum ſanitati pr ſtinæ reſtituta, jam ſuperſtes.

Utuntur & *veronica noſtra* in his febri

s Gruling. Practic. med. p. 838. Ang. Sa-
n oper. M. p. 659. Curioſorum Cepha-
i in Elaphograph. pag. 113. Mynſichtus
m. chem. p. 237. Hofmannus Pharm.
ref. p. 56. Zephyrus Curioſorum Tract.
Petech. p. 334. 341.

CAPUT III.

De uſu Veronicæ *in peſtilentia.*

Tiam ad miaſma peſtilentiale debel-
landum communiter à Viris qui præ-
ites peſti interfuerunt, præſtans judica-
noſtra, naturalem ob contrarietatem
aſmati huic ſumme ſubtili & activo op-
ſitam.

Nos more conſueto quasdam formulas
ronica in ſimili caſu inſtructas ex nov-
tiquis Practicis adducemus.

Sequentem aquam Doctor *Abraham*
yrgellius Lindoenſis Practicus *veronica*
ornatam commendat:

℞. rad. Zedoar. pimpinell. angelic. di-
amn. alb. an. ℥ ij, *veronic.* m j, ſantal. rubr.
rin. cort. citri an. ℥ j, cinam. ℥ß; infun-
dantur

dantur omnia in aq. font. menſ. iiß, macerentur per biduum, deinde diligenter per MB deſtillentur.

Aceta bezahardica languorem febrium malignarum ſæpiſſime prodromum avertiſſe & characterem febrilem emendaſſe, quin & læthaliter debiles in febribus maj. moris ſæpius refocillaſſe ſcimus.

Talem deſcriptionem Doctor *David Verbezius* tradit quod etiam *veronicam* recipit pro ejus exaltatione:

℞. rad. vincetox. ℥vj, piloſell, flav. plantag. min. caryophill. an. ʒ vj, angelic, imperat, biſtort. morſ. diabol. petaſit. eryng. valerian. ir. illyric. gentian torment. ariſtol. rot. ver. & long. ver. enul. camp. pimpinell. diptamn. alb. ſangui ſorb. chamæl. alb. cruciat. pentaphyll. aron. præp. lap. maj. filipend. cyperi rot. pœon. an. ℥ß, tunicæ, Zedoar. an. ℥ß, viſci quercin. lign. aloes, cort. citri, arant. frax. cinam. bac. junip. laur. excort. hed. arbor. paradyſ. an. ʒij, nuc. jugland. ℥iß, caric. ping. ℥j, ſem. leviſt. citri, napi, galeg. an. ʒ ij, paſtinac. ſilv. ammi, thlaſpi, dauc. cret. ſeſel. aniſ. fœnic. ocymi, caryoph. nigell. viticis, pœon.

n, ʒj, frax. cherm. C. B. an. ʒ ß, Mariæ, an-
elic. an. ʒ j, piper. long. caryoph. an. ʒ j,
uc. vomicæ raſ. & in pet. lig. ℥ß, C. C. uſt.
ræp. ℥iß. herb. dictamn. cret. ℥ß, ſcord.
aleg. an. ℥j, hyperic. ſalv. min. ſcabioſ. rut.
ort. chamæd. *veronica*, acetoſ. millefol.
bſinth. vulg. abrot. artemiſ. polii mont.
hym. veri an. ℥ß, fol. ſedi maj. rec. ℥j, herb.
arid ℥iß, flor. calend. ℥ß, ſamb. cord.
man. hyperic. nymph. an. ʒij, contuſ. & in-
iſ. ſedulo omnia excipitantur vaſe terreo
ut vitreo anguſti orificii, deinde affund.
ceti acerrimi, vini coton. acidul. aliquot
nnorum miij, Poſtea orificium luto ſapien-
æ exquiſitè obturetur & ſic macerentur
4 horis, deinde ſenſim ad ignem coquan-
ur per gradus ad medietatis caſum ad mi-
imum, deinde colentur ſine expreſſione
orti colato adde theriac. And. unius aut ad
ummum duor. ann. ℥ iiij, croc. opt. ʒij,
ij, boli arm. ver. ℥iß, ʒij, fung. bolet. cerv.
amph. an. ʒij, ambr. gryſ. ℈j, Miſta omnia
ervemtur in vaſe terreo amplo probe clau-
o, cavendo, ne ferreo quopiam inſtrumen-
o Acetum hoc attingatur, S. Acetum be-
oardicum.

Doctor

Doctor *Chriſtophorus Cellarius* ſequenti potione multos liberaſſe à morbo hoc ſacro ſcribit;

℞. com. cent. m. mß, herb. ſcabioſ. *veronic.* agrim. an. mj, ſcord. miß, roſmar. pj, beton. mß, flor. roſ. rubr. violar. an. piij, anth. pij, ſem. angelic. ℈ij, C. B. ʒß, aniſ. ℈ij, rad. biſtort. ʒj, magiſtr. ℈j, angelicæ ℈iiij, glycyrrh. ʒiij, Zedoar. ʒiß, paſſul. ℥ij, conciſ. & craſſiuſcule contuſ. S. Stuck ins beſtändige Trinck-Waſſer.

Sequens Electuarium maximis in peſte, aliisque morbis malignis extollit laudibus D. *Guilielmus Reſcalion*;

℞. rad. valerian. morſ. Diab. pimpinell. *veronic.* mar. verben. leviſt. diptamn. angelic. gentianæ, Zedoar. an. ℈ij, fol. rutæ ſcord. an. ʒß, bacc. laur. ℈ij, ſulph. viv. opt. præp. ʒiiiß, camph. ℈iiij, benz. ʒj, boli arm. terr. lemn. an. ʒij, theriac. ʒiß, mithrid. ℥j, ſpec. liberant. diamarg. frig. diatrionſantal. diamoſch. d. diambr. an. ℈j, radd. ben. tritæ & per ſetaceum trajectæ reliquis ſpeciebus addantur & cum aq. ambroſ. f. Electuar. miſceantur, fol. ☉ri norx involv.

Ejusdem etiam pulvis placato primum

De

